24

8/12

Lg B 20

G 27

DD/12

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

63502/B

Accession Number

Press Mark

ZWINGER, T.

Pt 2 of Paedojatreja

T7

# SPECIMEN MATERIÆ MEDICÆ

CUM SUBJUNCTIS UBIQUE REMEDIORUM FORMULIS

*IN GRATIAM & USUM*

PHILIATRORUM

*AC*

JUNIORUM PRACTICORUM

*TUMULTUARIA METHODO*

INTER PLURIMAS MENTIS DISTRACTIONES FIDELI TAMEN OPERA ADORNATUM

A

THEODORO ZUINGERO,
ARCHIATRO BASIL.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

BASILEÆ,
Apud E. & J. R. THURNISIOS, Fratres.
M DCC XXII.

MICHAEL ALBERTUS,

*Regiæ Majeſt. Boruſſiæ Conſiliarius Aulicus, in Academiâ Hallenſi Medicin. Profeſſor Celeberr. Acad. Natur. Curioſ. Cæſar. Collega,*

In Introductione ad Materiam Medicam.

PRæſupponit MATERIÆ MEDICÆ STUDIUM, ut præter certitudinem virium in Remediis ſimplicioribus, etiam conſtanter & aſſiduè certitudo Morborum tam quoad ſuas Hiſtorias, quàm quoad ſuas cauſas concilietur; & quanquam videatur Materia Medica magis ad practicum Studium referri, tamen illa veram requirit & involvit Theoriam, ſive Cognitionem Morborum, in cujus defectu aliâs magis empiricos auſus ſequitur, & communiter ſalutaribus effectibus, ſucceſſibus, & eventibus deſtituitur. Unde licet Materia Medica varia Remedia, diaphoretica, analeptica, roborantia, ſedantia &c. commodet, tamen ante omnia requiritur nôſſe, an hic aut ille Morbus vel in genere talibus Remediis indigeat, vel quo ordine eadem poſtulet.

INDEX

# INDEX CAPITUM MATERIÆ MEDICÆ.

Caput 1. Materia medica in genere, Pag. 1.
Cap. 2. Principia cognoſcendi facultatis Remediorum, 9.
Cap. 3. De Temperie Medicamentorum, 21.
Ubi de
Remediis calefacientibus, 23.
frigefacientibus, 25.
humectantibus, 27.
ſiccantibus, 29.
Formulæ calefacientium, 31.
frigefacientium, 40.
humectantium, ibid.
ſiccantium, 42.
Cap. 4. De Remediis emollientibus, 43.
Cap. 5. De Remediis epiceraſticis,
edulcorantibus, ſ.
dulcificantibus,
abſorbentibus,
imbibentibus,
obtundentibus,
invertentibus,
præcipitantibus, 51.
Cap. 6. De Remediis adſtringentibus,
ſ. ſtypticis,
ſtegnoticis,
indurantibus.
occludentibus,
arctantibus, 61.

Cap. 7. De Remediis incraſſantibus, 68.
Cap. 8. De Remediis repellentibus, ſ.
repercutientius,
reprimentibus,
defenſivis, 71.
Cap. 9. De Remediis rubefacientibus,
Sinapiſmis,
Phœnigmis,
Veſicatoriis, 73.
Cap. 10. De Remediis cauſticis,
pyroticis,
cathæreticis,
corroſivis,
pſylotris,
exedentibus,
eſcharoticis, ſ.
incruſtantibus,
Cauteriis actualibus & potentialibus, 81. ſeqq.
Cap. 11. De Remediis aperientibus,
attenuantibus,
incidentibus, 84. & ſeqq.
Cap. 12. De Remediis vulnerariis, ſ.
traumaticis, 90.
Cap. 13. De Remediis colleticis, ſ.
glutinantibus,
epuloticis,
ſarcoticis ſ.
Carnem generantibus,
poroticis ſeu callum
formantibus, 102. ſeqq.
Cap. 14. De Remediis ad Membra
ambuſta, 113.
Cap. 15. De Remediis reſolventibus, 118.
Cap. 16. De Remediis diſcutientibus,

diſſi-

diſſipantibus,
rarefacientibus,
reſolventibus externis, 121.
Grumos ſanguinis
diſſolventibus, 118.
Cap. 17. De Remediis anodynis,
paregoricis,
narcoticis,
hypnoticis, ſ.
ſomniferis, 129.
Cap. 18. De Remediis Iſchæmis,
ſeu Sanguinem ſiſtentibus, 133.
Cap. 19. De Remediis cephalicis, 140.
Cap. 20. De Remediis ophthalmicis, 147.
Cap. 21. De Remediis oticis, 152.
Cap. 22. De Remediis thoracicis, ſ.
pectoralibus,
pneumonicis, ſ.
pulmonalibus,
becchicis,
Cap. 23. De Remediis cardiacis, ſ.
cordialibus,
confortantibus, 172.
Cap. 24. De Remediis ſtomachicis, 183.
Cap. 25. De Remediis carminativis,
carminantibus, ſ.
flatus diſcutientibus, 198.
Cap. 26. De Remediis hepaticis, 206.
Cap. 27. De Remediis ſpleneticis, ſ.
ſplenicis, 217.
Cap. 28. De Remediis nephriticis,
renalibus,
Calculum fragent. ſ.
lithontripticis, 225. ſeqq.

Cap. 29. De Remediis hyſtericis, ſ.
uterinis,
antihyſtericis, 241.
emmenagogis, ſ.
menſes & lochia
moventibus, 242.
Lochiorum &
Menſium fluxum
nimium ſiſtentibus, 250.
Fœtum roborantibus, 255.
Cap. 30. De Remediis arthriticis,
antarthriticis, ſ.
articularibus, 260.
Cap. 31. De Remediis præparantibus,
ſ. digerentibus, 264.
Cap. 32. De Remediis lenientibus,
laxantibus,
eccoproticis,
hypagogis,
minorativis,
benedictis laxat. 268.
Cap. 33. De Remediis purgantibus ſ. catharticis, 273.
Cap. 34. De Remediis Vomitoriis, ſ.
Vomitivis,
Emeticis, 283.
Cap. 35. De Venenis, horumquè
Antidotis ſ.
Alexipharmicis,
Alexicacis,
Bezoardicis, 290.
Ubi de
Veneni aſſumti ſignis, 300.
Antidotis univerſalibus, 293.
ſpecialibus, 299.
Antidotis ſpecialibus,

Vene-

Venenorum mineralium, 301.
Calcis vivæ & Gypſi, ibid.
Vitrioli, 302.
Aquæ fortis, regiæ, & Polonic, ibid.
Æris, Æruginis,
Squamarum, &
Florum Æris,
Auripigmenti, 303.
Plumbi uſti,
Ceruſſæ,
Minii,
Lithargyr. 306.
Antimonii crud. 303.
Adamantis, 304.
Arſenici, 304.
Mercurii corroſivi ſublimati,
aut præcipitati, 306.
De Antidotis ſpecialibus
Venenorum vegetabilium, 308.
Opii, ibid.
Fungorum terreſtr. 309.
Aconiti, Napelli,
Cicutæ aquat. &c. ibid.
De Antidotis ſpecialibus
Venenorum animalium, 310.
Puncturæ, Ictus
& Morſus animal. ibid.
Tarantularum, 312.
Apum, Aranear. Veſparum, ibid.
Cantharidum, &
Scorpionum, 313.
Cap. 36. De Remediis diaphoreticis ac ſudorificis, 314.
Cap. 37. De Remediis diureticis, ſ. Urinam moventibus, 319.

Cap.

Cap. 38. De Remediis Lac augentibus. 325.
Lac minuentibus, 326.
Cap. 39. De Remediis errhinis, 327.
ptarmicis ſ.
ſternutatoriis, 329.
Cap. 40. De Remediis maſticatoriis,
apophlegmatizantibus,
ſalivatoriis, 331.
Cap. 41. De Remediis aphrodiſiacis,
ſ. Venerem ſtimulantibus, 335.
Cap. 42. De Remediis antaphrodiſiacis,
ſ. Venerem minuentib. 340.
Cap. 43. De Remediis contra vermes, ſ. anthelminticis, 343.
Cap. 44. De Remediis diverſorum Morborum
ſpecificis, 349.
De Remediis antifebrilibus,
febrifugis,
antipyreticis, 349.
antipleuriticis, ibid.
antiſcorbuticis, 350.
antihecticis ſ.
antatrophis, 350.
antipſoris, ibid.
antiſpasmodicis, 351.
antivenereis, ibid.
Cap. 45. De Remediis differentium ſaporum, 351.
acidis ſ. antialcalinis, ibid.
alcalinis, alcalicis, ſ.
antacidis, 352.
amaris, 352.
dulcibus, ibid.
acribus, ſalſis, ibid.
Salibus volatilibus & fixis, 352. ſeqq.

B. C. D.

B. C. D.

# SPECIMINIS MATERIÆ MEDICÆ

## CAPUT I.

### De *Materiâ Medicâ in genere.*

§. 1.

COmmuniter Medici in ſuis Inſtitutionibus Medicinam in quinque partes dividere ſolent, earum poſtremam *Therapeutices* nomine inſignientes, eo quòd ad Medicinæ ſcopum quàm proximè collimet, amiſſamque Machinæ humanæ integritatem ad priſtinum ſtatum reducere doceat. Iſtius verò *Therapeutices* duas iterum partes faciunt, quarum *prior* quidem *Methodus medendi* vocata per certas indicationes media ad recuperandam ſanitatem invenire docet: *poſterior* autem, *Materiæ medicæ* titulo veniens, Sylvam auxiliorum exponit, è quâ ceu ex divite penu omnivaria ſeligi poſſunt Remedia, ad impetrandum Medentis ſcopum proficua, imò neceſſaria. Hæc verò Auxilia ſub triplici *Fonte* comprehenduntur, *Pharmaceutico* nimirum, *Chirurgico* & *Diætetico*, quorum primus, *Pharmacia*, non ſolùm docet Remedia *ſimplicia* horumque naturam, facultates & agendi modum probè cognoſcere & explicare, ſed & efficaciora eorundem, atque præſtantiora in uſum communem ſeligere, decenter,

*Therapeutice pars poſtrema Medicinæ.*

*Materia Medica.*

ter, quantum opus videbitur, præparare, dextreque invicem commiſcere & componere.

*Dubii ſolutio.* §. 2. Enimverò hic opponi poſſet, ſi cognitio virium Remediorum in Pharmaciâ requiratur, Pharmacopœos omnes eâdem notitiâ imbutos eſſe debere, quod tamen neque communiter obſervatur, neque etiam neceſſarium eſſe videtur. Sed facile ad hoc reſpondere licet, *Pharmacopœos* ſcilicet non eſſe niſi *Medicorum Miniſtros*, atque hinc ab ipſis non deſiderari plus, quàm quidem probum ſimplicium Remediorum ſelectum, eorundem præparationem diligentem, ac denique compoſitorum debitam & fidelem elaborationem; in *Medicis* verò, ad Ægros quotidie accedentibus, ulterius requiri exactam cognitionem facultatis Remediorum, non ſecus ac modi & rationis præparationum atque compoſitionum, quò ſic Pharmacopœis ſcitè indicare & præcipere queant, quid agendum vel linquendum habeant.

*Materia Medica deſcriptio.* §. 3. *Materia* itaque *Medica*, Græcis ὕλη ἰατρική, *Sylva medica* dicta, nihil aliud eſt, quàm Doctrina Medicamentorum omnium tam ſimplicium quàm compoſitorum, quæcunque humano Corpori ad ſanitatem vel conſervandam vel reſtituendam adhibentur. Hanc doctrinam præter Wedelium celeberrimum in *Amœnitat. Mat. Medic.* alii ſubinde Medici fideliter explicatam dederunt, in quibus eminent Johannes Schrœderus in ſuâ *Pharmacopœâ Medico-Chymicâ*, Michaël Ettmüllerus in ſuis Operibus, Chriſtianus Marggrafius in *Materiâ Medicâ contractâ*, Fridericus Deckers in *Exercitationibus practicis*, Joſephus Quercetanus in *Pharmaceuticis* ſcriptis, Paulus Hermannus in *Cynoſurâ Materiæ medic.* Joh. Caſparus Mangold in ſuâ *Materiæ medicæ Ideâ*, Hermannus Bœrhave in *Inſtitutionibus Medic.*

*Medic.* & peculiari *Tractatu de Materiâ medic.* Joh. Jacobus à Brunn in *Syſtemate Materiæ Med.* aliique plures.

§. 4. *Objectum* Materiæ medicæ eſt *Medicamentum* ſive *Remedium*, Res illa naturalis, quæ vel in corpus humanum aſſumta, vel extus adhibita, in partibus ſive fluidis ſive ſolidis, vel utrisque aliquid immutat aut alterat, ut priſtinus atque naturalis ſanitatis amiſſæ ſtatus reſtituatur. *Medicamentum* hoc in medendi Methodo aliàs etiam venire ſolet ſub nomine *Auxilii* vel *Indicati*, quod nimirum ab *Indicante* aliquo in læſâ humani corporis machinâ adhibendum & uſurpandum indicare ſoleat. Vocabulum etiam Φάρμακον, *Pharmacum* ſubinde apud Veteres Græcos occurrit, *Remedium* ſignificans, quamvis eadem vox promiſcuè quoque ad denotandum *Venenum* uſurpari conſueverit. *Objectum.* *Auxilium vel Indicatum.* *Pharmacum.*

§. 5. In Medicamentis autem conſiderandæ veniunt *Cauſæ*, à quibus, ut talia ſint, fiunt vel producuntur, tum *internæ* illæ, tum *externæ*, variaque præterea *Accidentia*. *Internæ* cauſæ ſunt *Materia* atque *Forma*; *externæ* verò dicuntur *Efficiens* ac *Finis*; *Accidentia* tandem nuncupamus varias circumſtantias, circa Remediorum elaborationem ac uſum notandas, prout ſunt v. gr. *locus*, *tempus*, *ætas*, *ſexus*, *quantitas* ſive *doſis*, atque *modus utendi* &c. *Cauſæ Remediorum*

§. 6. *Materiam* Remediorum *in genere* conſideratam efficiunt *Elementa* aut *principia*, è quibus eadem componuntur. Hujuſmodi *principia* ſive *elementa* philoſophicè conſiderando admittimus primò quidem *Materiam* atque *Motum*, quæ ab omnibus Philoſophis promiſcuè pro primis corporum principiis habentur; dein *Materiam primi*, *ſecundi*, atque *tertii Elementi* Carteſianam, à Carteſio ejusque Sectatoribus pro verioribus Elementis *Medicaminum Elementa ſ. Principia.*

 admiſſam

admiſſam atque demonſtratam; vel ſi mâvis, *Corpuſcula* hujus Mundi indiviſibilia minima, ſive Moleculas indefinitæ parvitatis, omnis generis figurâ præditas &c. à Petro Gaſſendo deſcriptas.

*Principia inſenſibilia.*

§. 7. Iſta Elementa Carteſiana vel Gaſſendiſtica inſenſibilia dici poſſunt, particulis nimirum inſenſibilibus conſtantia: nos verò ad meliorem rerum explicationem, è *Chymiâ*, ſimul heic admittimus principia *magis ſenſibilia*, qualia nimirum Chymici præcedentium ſeculorum poſt Aureol. Theophraſt. Paracelſum, Baſilium Valentinum & alios, communiter ſtatuerunt tria, videlicet *Sal*, *Sulphur* & *Mercurium*, quibus dein poſteriores addidere *Aquam* & *Terram*. Ex his enim omnia in Mundo ſublunari exiſtentia corpora, compoſita mixtaque eſſe crediderunt. Præſenti autem ſeculo, quo ſtudia omnia ad majus longè faſtigium indefeſsâ Eruditorum operâ fuerunt evecta, ſubinde occurrerunt, qui nova alia principia obtrudere auſi ſunt: ita enim Johannes Baptiſta Helmontius *Aquam* ſolam; Otto Tackenius, Chymiſta Venetus *Aquam* & *Ignem*, Bernhardus Swalve cum pluribus aliis *Acidum* & *Alcali*: imò nonnulli adhuc phyſicis Ariſtotelis principiis ab ineunte imbuti, omnia ſecundum *quatuor* antiquiſſimi iſtius Philoſophi *Elementa*, indeque reſultantes *qualitates*, reales creditas, tam *primas*, quàm *ſecundas*, atque *tertias* & *occultas* explicare laborârunt. Quidam etiam, ne injuriam viderentur intuliſſe ſacræ Antiquorum Philoſophiæ, aut modernorum Virorum celeberrimorum placitis, in eo frequenter imò toti laboraverunt, ut diſſentientium opiniones felici operâ conciliarent, ſicque antiqua novis, mala bonis, obſcura perſpicuis, inutilia utilibus, non neceſſaria neceſſariis fideliter permiſcerent. Hac verò ratione

*Elementa ſenſibilia.*

ne ſcribendi docendive non tam ſuam qualemcunque eruditionem inſigniter oſtentare atque extollere, quàm diſcentium captui maximas difficultates parere ſategerunt.

§. 8. Itaque pro *Elementis* admittimus *ſenſibilibus Sal acidum, Sal alcali, Sulphur* ſ. *pingue, Aquam, Terram* & *Aërem,* è quibus non ſolùm omnia Remedia componi, ſed & vires eorundem reſultare probabile eſt. Hoc tamen adhuc addimus, quòd in Doctrinâ de Metallis *Mercurium* ſimul admittere debeamus, non quidem tanquam Elementum peculiare, ſed tanquam nomen omnibus Chymicis commune, quo *Phlegma* ſive *Aquam metallarem* indigitare conſueverunt. Quid verò hæc ſint noſtra Elementa, cujusque naturæ, prolixius in Inſtitutionibus Medicis, earumque *Phyſiologiâ*, Ettmüllerus aliique expoſuerunt. *Elementa ſenſibilia ſex.*

§. 9. *Forma,* ceu altera *cauſa interna* Remediorum, conſiſtit in variâ magnitudine, numero, figurâ, ſitu, miſcelâ, atque motu vel quiete particularum elementarium, illa componentium. Hæ verò particulæ diverſimodè ad conſtitutionem mixti inter ſe concurrentes, & vel prorſus quieſcentes, vel nunc vehementiore, nunc placidiore ac mitiore impetu aut gradu inter ſe agitatæ, authores exiſtunt omnium illarum virtutum & qualitatum, quæ partim à Veterum, partim à Neotericorum erudito choro Medicaminibus fuerunt adſcriptæ. Itaque hinc facilè innoteſcit, quàm ineptè Veteres de Remediorum agendi principiis philoſophati fuerint, dum reales qualitates ſtatuerunt, easque pro talibus principiis obtruſerunt, obſcurè admodum explicatas & dilucidatas. Cùm verò diverſi generis particulæ, variâ prorſus ratione in mixto concurrentes, cauſæ exiſtant diverſorum effectuum; *Forma Remed.*

conſuetam quidem Remediorum diviſionem retinebimus, ſed aliâ prorſus ratione exponemus.

*Cauſa efficiens* §. 10. *Cauſa efficiens* Medicamentorum, ſive exiſtentiam ſpectemus ſive agendi modum, *ſuprema* aut *prima* ſolus eſt Deus Omnipotens Ter Opt. Max. Cauſa verò *ſecunda* eſt *Motus*, quem Deus creatis à ſe corporibus indidit, cujusque efficaciâ & actione Elementa infinitis modis inter ſe concurrentia, tot Remediorum, inprimis *ſimplicium*, ſpecies produxerunt. Quod verò attinet Remedia *compoſita* & *mixta*, Homines in Arte medendi periti Authores & Cauſæ efficientes eorum meritò dicuntur.

*prima, ſecunda.*

*Finis Remediorum* §. 11. *Finis* denique Remediorum non eſt niſi ſanitas humana, cujus ſive conſervandæ, ſive recuperandæ gratiâ illa fuerunt inventa, excogitata, & in uſum indies majorem protracta.

*Climatum varietas,* §. 12. E numero *circumſtantiarum* occurrit primò *Clima* cujuſcunque Regionis, ſive Aëris temperies, cujus intuitu circumſpecto incumbit Medico, ſelectum habere Remediorum, qualia nimirum cuicunque Regioni convenientiora exiſtunt. Ita enim in Regionibus calidioribus *nitroſa* refrigerantia, in Regionibus autem frigidioribus *ſulphureo-ſpirituoſa*, in locis tandem ſub Zonâ temperatâ *temperata* magis Remedia, in plerisque morbis præferenda ſunt. Quandoquidem præſupponendum, humores Corporum humanorum pro diverſitate Climatum ſummoperè variare, tam quoad craſin ſive mixturam, quàm quoad motum inteſtinum particularum.

*variat Remediorum uſum.*

*Ætatis ratio habenda.* 13. §. Sed *Ætatis* quoque ratio eſt inſigniter habenda, ut Senibus *ſpirituoſiora ſulphurea*, Viris & Adultis *temperatoria*, Infantibus *blandiora* mixta præſcribere ſtudeamus.

§. 14. Si

§. 14. Si *ſexum* conſideremus hominum, operam quoque dabit Medicus practicus, ne Fœminis ea conſulat ac præſcribat, quæ Paſſiones in ipſis hyſtericas, plus minus convulſivas producere poſſent. *Variatio remediorum quoad ſexum.*

§. 15. Tandem ad *accidentia* remediorum *Qualitates* referendæ ſunt, quæ prout à vario concurſu principiorum in Remediis oriuntur, ita quoque diverſiſſimæ exiſtunt. *Qualitates* autem in Remediis conſideramus, vel quatenus ſpectantur *abſolutè* & *in ſe*, ſine reſpectu ad corpus humanum, vel quatenus conſiderantur *reſpectivè*, reſpectu nimirum Machinæ corporis humani, in quâ effectus ſuos edere debent: Remedia intuitu qualitatum *in ſe* & *abſolutè* conſideratarum ſunt *actu* ipſo vel *calida* aut *frigida*, vel *ſicca* aut *humida*, vel *acria* aut *mitia*, vel *dulcia*, *amara*, *inſipida*, *acida*, *auſtera*, &c. *Qualitates Remediorum* *abſolutæ.*

§. 16. Medicamenta verò intuitu qualitatum *reſpectivè* ad Corpus noſtrum ſpectata, dicuntur diverſâ facultate, virtute aut effectu pollere, hacque ratione communiter dividuntur in *evacuantia*, *alterantia* & *roborantia*. *reſpectivæ.*

§. 17. *Evacuans* remedium illud appellatur, quod intra corpus noſtrum aſſumtum humores exagitat, eosque ad fermentationem aliquam ſuſcitando, quarundam particularum ſeparationem & evacuationem producit. Evacuans tale iterum varium eſt, & quidem nunc *leniens*, quod placidè per alvum educit, quicquid in Inteſtinis & Ventriculo, hoc eſt, in primis viis hæret; vel eſt *purgans* ſive *catharticum*, quod ulterius ad ſanguinem penetrando, per inferiora purgat, quicquid ſimul heterogenei ibi hæret; vel tandem *emeticum* ſeu *vomitorium*, quod excitato vomitu per ſuperiora, quicquid in Ventriculo noxium hæret, evacuat. Hiſce dein adnumeranda veniunt alia Evacuantia, *Medicamentum evacuans, leniens, purgans ſ. catharticum, vomitorium.*

quæ per vias alias ſuperfluos & heterogeneos humores eliminant, quemadmodum ſunt *diaphoretica* ac *ſudorifera*, quæ per Glandulas ſubcutaneas; *diuretica*, quæ per glandulas renales; *becchica*, quæ per Pulmones; *errhina* vel *ſternutatoria*, quæ per Narium glandulas; *apophlegmatizantia* & *maſticatoria* ſive *ſalivantia*, quæ per Glandulas oris; tandem *hyſterica*, quæ per Uteri vias evacuant.

*Alterantia.* §. 18. *Alterantia* dicuntur ea Remedia, quæ ſine evacuatione, certâ ſaltem, qualitates humorum heterogeneas corrigunt, v. g. acria edulcorant, acida temperant, æſtum reſtinguunt, nimium frigus emendant, & ſic conſequenter. *Roborantia.* *Corroborantia* appellamus, quæ particularum activarum virtute, maſſæ ſanguineæ Spiritus vitales, hinc & animales non ſolùm augent, ſed etiam ad motus ſuos meliùs præſtandos ſuſcitant, ſicque vires languentes refocillant.

*Remedium* §. 18. Hinc Remediorum diviſionibus addere conſueverunt diſtinctionem in *ſimplicia* & *compoſita*, in *cruda* & *præparata*, *interna* & *externa*: *ſimplex,* *Simplex* remedium eſt unum aliquod numero medicamentùm, quod ſive crudum ſive præparatum ex triplici illo Regno, vegetabili, animali, & minerali deſumitur. *compoſitum,* *Compoſitum* dicimus, quod ex pluribus ſimplicibus undecunque deſumtis, Arte ſive pharmaceuticâ, ſive chymica, & ad ſcopum in medendo varium concinnatum eſt; ſic *Syrupi* omnes *compoſiti*, v. gr. *Syrupus Roſarum ſolutivus compoſitus*, *aperitivus Mindereri*, &c. ſic *Confectiones* omnes, *Maſſæ pilularum*, &c. dicuntur Remedia *compoſita*.

*Crudum.* §. 20. Medicamentum *crudum* illud eſt, quod ita ſtatim in uſum trahitur, prout illud Natura exhibet, ſine ullâ præviâ præparatione, ita *Sal*

*gemmæ,*

*gemmæ*, *Mercurius vivus*, ita *Gemmæ ſambuci* &c. cruda ſubinde aſſumuntur.

§. 21. *Præparata* remedia dicuntur ea, quæ antequam in uſum vocentur, prævium Artificis laborem ſuſtinent: Præparatio autem medicamentorum varia eſt, prout id in Pharmaceuticis docetur; nimirum alia eſt *pharmaceutica*, alia *chymica*. *Præparatum.*

§. 22. *Internum* medicamentum vocatur, quod in Os aſſumitur, & in Ventriculum deglutitur: *Externum* verò, quod extus machinæ humanæ applicari ſolet. *Internum, Externum.*

§. 23. Coronidis loco addenda eſt diſtinctio illa Remediorum, cujus ſupra mentio jam fieri debuiſſet, nimirum in *univerſalia* & *particularia*. *Univerſalia* ſunt illa, quæ toti corpori ſuo effectu proſpiciunt, illudque vel evacuant vel alterant &c. *Particularia* hic jam dicimus pharmaca, quæ ſpeciatim huic vel illi corporis parti ſunt dicata; atque dividi ſolent in Remedia *Capitis*, *Thoracis*, *Ventris inferioris* & *Artuum*, quorum omnium Tabulæ peculiaribus Capitibus examinabuntur. *Univerſale* *particulare.*

## CAPUT II.
## *De Principiis Cognoſcendi Facultates Remediorum.*

§. I.

PRincipium cognoſcendi virtutem alicujus Remedii appellatur ſignum vel indicium aliquod undecunque deſumtum, cujus ductu vires Remediorum dignoſcimus. *Principia cognoſcendi facultates Remediorum.*

§. 2. Prout itaque è diverſis rebus ſigna talia deſumuntur, ita principia quoque eadem non malè diſtincta ſunt in *univerſalia* & *particularia*; Quorum *illa* à communibus Medicinæ fundamentis, *Univerſalia*

Ratione nimirum & Experientiâ diverſa non ſunt; *hæc* verò ex ipſâ Medicamentorum naturâ derivantur.

*Particularia.*

*Experientia & Ratio.*

§. 3. Circa *univerſalia* Principia notandum venit, quòd Experientia frequentiſſimè Rationem præcedat, ac etiamſi Rationis beneficio devenerimus in cognitionem particularum Remedia componentium, hincque de ipſorum viribus multa dicere vel ſperare etiam ſoleamus, certi tamen eſſe neutiquam poſſumus de Virtutibus iſtis, donec iteratis ſæpius experimentis & obſervationibus illas comprobaverimus. Itaque *Ratio à priori*, ſine prævio experimento per inſtitutum Remedii examen anatomico-chymicum aliquo modo pandere poteſt ſimplicium virtutes: *Experientia* autem *à poſteriori*, ſive per crebram obſervationem eorundem effectuum, ultrò nos deducit in *Facultatum* illarum dignotionem.

*Optima ſecta dogmatico-mechanica.*

§. 4. Quando ergo plerique hodie ſi non omnes Eruditi inter Medicorum *Sectas* eam reliquis præferre ſolent, quam *Dogmatico-Mechanicam* nuncupant, ſua principia & fundamenta è Philoſophiâ corpuſculari atque principiis mechanicis haurientem, eo ipſo Rationem Experientiæ conjunctam volunt, non quòd Ratio Experientiam ſemper præcedat, ſed quòd, etiamſi Experientia forſan præceſſerit, tamen ſtatim Ratione noſtrâ inveſtigemus, quomodo hæc illave experientia, hic aut ille effectus ſucceſſerit: utpote quod hoc modo tanto certiores evadamus de Remediorum virtutibus, eorumque agendi modo.

*Experientia & Ratio quandoque fallunt.*

§. 5. Prout hinc *Experientia* illa fallax eſt, incerta atque dubia, quæ non ſæpius nobis contigit, ita quoque *Rationi* ſtatim non fidendum eſt, niſi ſimul per inſtituta ſubinde experimenta fuerit confirma-

ta.

ta. Nimirum miſcela principiorum in Remediis etiam ſimpliciſſimis ſubtilis adeo & abſtruſa exiſtit, ut nullo ſenſuum humanorum acumine penetrari, exacteque dignoſci queat; & hinc in obſcurâ ejuſmodi cognitione Experientia neceſſariò conjungenda veniat, hæcque interdnm plus valeat, quàm centum Rationes in medium adductæ valere poſſent.

*Particularia principia unde deſumantur.*

§. 6. *Particularia* principia deſumuntur vel ab extus apparentibus, *figurâ* nimirum ſive *ſignaturâ*, *colore*, atque *odore*; vel ab intus exiſtentibus particulis, diverſum ſaporem exhibentibus. Ubi in genere notandum eſt, quòd ſimpliciſſima Remedia, ſi eorum vires cognitæ accuratiſſimè forent, longè melius, citius, tutius atque jucundius ſanitatem reſtituerent, quàm Medicamenta operoſè elaborata, & artificioſè magis quàm judicioſè compoſita. Hinc enim accidit ſæpè, ut Ruſticus unâ aliquâ radice Ægrum felicius reſtituat, quàm peritiſſimus & eruditiſſimus aliâs Medicus mille Remediorum ſuorum prodigiis, videlicet nimis ſuperſtitioſè quandoque egregiis illis ſive Chymicorum ſive Pharmacopœorum laboribus adhærere, nihilque protens atque efficax æſtimare ſolemus, quàm quod Artis quâdam ſubtilitate difficilique operâ præparatum eſt.

*Hærentia ſtruplicibus ipſis.*

§. 7. *Particularia* principia cognoſcendi Facultates remediorum hærent in unoquoque ſubjecto ſimplici, de cujus viribus eſt quæſtio, ex eoque deſumenda ſunt. Sic enim non ex *generalibus* principiis ſolùm, ſed inſuper è *ſpecialibus* indiciis dignoſcere oportet, cur *Betonica* ſit remedium *cephalicum*, *Cochlearia antiſcorbuticum*, *Ari* radix *ſtomachicum*, *Hyſſopus pectorale*, cur *Rhabarbarum*, *Helleborusq́;* purgent? &c.

*Principia cognoſcendi extrinſeca.*

§. 8. Inter principia *extrinſeca* recenſentur ante omnia

*Colores.* omnia *Colores*, quos tamen debile admodum virtutis indicium præbere exiſtimamus, cùm frequentiſſimè contingat, ut diverſi Coloris ſimplicia iisdem viribus polleant, aut ejuſdem Coloris exiſtentia diverſis qualitatibus donata ſint: Sic v. gr. *Flores Bellidis minoris albicantes, Papaveris rhœados rubicundi*, atque *Violarum purpurei* eâdem virtute becchicâ gaudent; ac viciſſim *Flores Ranunculorum* plerorunque, & *Flores Tuſſilaginis*, utrique *lutei*, diverſis viribus pollent, illi enim magis cauſtici, hi verò blandiori naturâ præditi & pectorales exiſtunt. Si quid ergo *Colores* dicunt, obſcurè ſolùm nos inſtruunt, de copiâ aut exaltatione majore vel minore Sulphuris ac Salis volatilis. In Vegetabili enim Regno, qui *Flores* obſervantur *albicantes*, non multum de ſulphure proprio, aut ſaltem de eo non adeo exaltato teſtantur. Qui autem Flores aliûs coloris exiſtunt, jam ſulphur magis expanſum, volatilique ſale nunc plus nunc minus permixtum habent. Etenim experimenta in Coloribus facta ſufficientiſſimè comprobârunt, eorum diverſitates ſingulas non niſi à variâ ſulphuris atque ſalis plus minus fixi aut volatilis, acidi aut alcalini, permixtione & combinatione provenire.

*Signaturæ rerum,* §. 9. Alterum *principium externum* cognoſcendi facultates Medicamentorum depromptum eſt ab *externâ* ſimplicium *conformatione* & *figurâ*, *Signaturas* appellârunt atque *Characteres* virtutum internarum, quòd extrinſecus quaſi ſignatum habeant, quicquid intus ſecum gerant, atque hæ *Signaturæ* rerum ab iis primùm excogitatæ fuerunt, qui *Magiæ naturali* ſtuduerunt. *Oſwaldus Crollius* præ cœteris hâc de materiâ ſcripſit, & quidem egregium Tractatum, oſtenditque, *Characteres* ejuſmodi virtutum ex *triplici fonte* peti; videlicet *primò* ex

mò ex *ſimilitudine* quâdam cum *membris* humani corporis, unde regula illa generalis facta; *Quam quodq; concretum analogiam obtinet cum hâc vel illâ corporis parte, illud eam ipſam quoque magis reſpicere atq; juvare exiſtimandum eſt*: Sic v. gr. *Ariſtolochia rotunda vera*, quia Uteri figuram quadantenus exprimit, ad Uteri Morbos bona eſt; ac ipſa quoque *Sabina*, quia cum Venis matricis ſimilitudinem quandam obtinet, *uterina* etiam habetur. *Pulmonaria*, verò Pulmones referens, *pulmonica*; *Scolopendrium*, quia Lienem imitatur, *ſpleneticum* eſſe, ſive Splenis ægritudines curare æſtimatur. *petita à ſimilitudine cum membris corporis.*

§. 10. *Secundò* ſignaturæ petuntur ex *analogiâ* rerum cum *Morbis* & Affectibus præternaturalibus, unde iterum regula generalis: Quòd *quæcunq; analogiam obtinent cum aliquibus Morbis, ea iisdem quoq; mederi obſerventur*; ita v. gr. *Lunaria* figuram *Cancri* obtinens, *Mammillarum Cancro*; *Radix Saxifragiæ*, *Lithoſpermum*, *Lapis judaicus* & *Lyncis*, *Nuclei Perſicorum* & *Meſpilorum*, &c. analogiam *Calculorum* obtinentes, illos ſimul pellere; ſic *Radix Scrophulariæ* propter figuræ ſuæ ſtrumoſæ ſimilitudinem, *Scrophulis* mederi notatur vel ſaltem perhibetur. *Cum Morbis.*

§. 11. Denique *tertiò* petuntur ab analogiâ morborum, quibus Bruta ſibi ex inſtinctu naturæ mederi notantur, utpote quæ miros ſubinde, eosque ſalutares effectus edere conſueverunt. Ac ut heic prætercam varias Opificum artes, quarum inventioni Animalia bruta occaſionem dedere, (quemadmodum *ædificandi Ars* modusque à *Cochleis*, *Hirundinibus* aut *Apibus induſtriis*; fabricandorum armorum ſcientia à *Cancris*, *Teſtudinibus*, aut *Crocodilis*, natandi Ars ab *Anſeribus* & *Amphibiis* animalibus; *textoria* cognitio ab *Araneis*, edocta *Cum Morbis Brutorum.*

eſt:)

eſt: ) attingam ſolùm nonnulla exempla Remediorum, quorum uſum à diverſis *Brutis* Medici atqueChirurgi didicerunt; ſic Oculos malè affectos *Fœniculo* curandos expoſuit *Serpens*; *Feles* ad confortandum viſum *Valerianæ* radicis uſum demonſtrârunt; *Hippopotamus* ſibimet ruptâ in arundineto per affricationem venâ, emiſſoque ſanguine poſt nimiam ſaginationem mederi doctus, *Venæſectionem* ac *Scarificationem* detexit; *Ardea*, ſibi ſuo roſtro Maris aquam ſalſam in anum infundens, *Clyſteris* utilitatem monſtravit; *Canes*, eſu Graminis per ſuperiora & inferiora ſeſe purgantes, atque ſanantes, *Catharticorum* non minus *emeticorum* ſalutarem effectum nobis aperuerunt.

*Signaturis non multum fidendum.*

§. 12. An verò *Signaturis* hiſce rerum tantum attribuendum ſit, quantum nonnulli prætendunt, meritò dubitamus, dum hucusque juxta leges Philoſophiæ mechanicæ nobis imaginari haud potuimus, cur Remedium, quod aliquo modo figuram alicujus partis exprimit, eidem præciſè curandæ ac juvandæ deſtinatum eſſe debeat. Credimus enim, accidentaliter omninò contingere, ſi quid ſimile obſervetur, id quod vel ex eo facilè patet, quoniam plura dantur, quæ analogiam quandam cum aliquâ parte habent, ac eidem tamen nihil opitulantur, exemplo *Gloſſopetræ*, Linguam perfectè repræſentantis, ſed nulli tamen Linguæ Affectui deſtinatæ. Licèt autem fortaſſe hoc dicant, Naturam in ſuis operibus ſibi ſimilem exiſtere, atque hinc eodem modo, iiſdem generationis aut mutationis legibus, aut ſaltem non abſimili determinationis ratione, æquè partes corporis noſtri, ac morbos & remedia ſimplicia producere; ſicque ea, quæ figuræ affinitatem habent, propter particularum ſuarum aliqualem convenientiam ſibi invicem amica exiſtere,

exiſtere, ſeſeque mutuo juvare poſſe, ac ulterius plurima ſuperius allata exempla id ipſum teſtari; nihilominus tamen hanc rationem, neque multiplici neque infallibili experientiæ ſubnixam, valde debilem pronuntiamus, vel eapropter etiam, quòd ſubinde Remedium aliquod ſimplex figuram cum aliquâ parte corporis communem obtineat, cujus tamen particulæ interiores & eſſentiales, non illi tantùm Membro, ſed toti etiam corpori adverſæ exiſtunt; ita v. gr. *Hellebori* vel *Helleboraſtri folia* cum digitis manuum analogiam habent, quibus tamen propter particularum ſuarum maximam acrimoniam & corroſivitatem maximè nocent.

§. 13. Sed ſi quid *Signaturis* nihiloſecius attribuendum eſt, hoc admittere licet, quòd externæ ejuſmodi figuræ occaſionem ſubinde dederint inveniendi ſalutaria Remedia, non ſecus atque Animalia bruta multum contribuiſſe diximus ad Inventionem quoque medicamentorum. *Occaſio data à figuris.*

§. 14. Debile præterea judicamus principium cognoſcendi facultates remediorum, quod petitur ex Odoribus. Hoc quidem certum eſt, quòd Odor è quacunque re exſpirans tum ſalis cujuſdam plus minus volatilis, tum ſulphurearum volatilium aut ſolutarum particularum præſentiam teſtetur; ſed cujuſnam naturæ dein illa ſalia aut ſulphura exiſtant, non niſi ulteriori examine atque experientiá indagamus. Interim generales heic regulæ quædam notari merentur, ſequenti Catalogo comprehenſæ: 1. Ea, quæ per ſe fortiter aut leniter fricata nullum odorem emittunt, de ſale & ſulphure quodam volatili parum certè participant, ſed plurimas particulas terreſtres, cum vel ſine ſale magis fixo aut ſulphure quodam ligato, in ſe obtinent; prout ſunt *Lapides* omnis generis, *Terræ* &c. 2. Quæ *Debile principium ab Odoribus.*

autem

autem fricata demum Odorem ſpirant eumque acrem, & narium fibrillas nerveas vellicantem, illa ſale volatili non multum ligato pollent, quemadmodum ſunt *Plantæ naſturcinæ.* Quòd ſi verò cum illo acri odore ſimul conjungatur odor aliquis mollis & fragrans, præſentiam quoque oleoſo-ſulphurearum particularum indigitat, quemadmodum in *Aromatibus, Lignis odoratis* aliiſque ſimilibus obſervatur. 3. Quæcunque *Odorem* ſpirant *tetrum*, ſpiritus animales noſtros plus minus opprimentem, ac ligantem, illa ſulphure impuro & narcotico gaudere dicenda ſunt, cujuſmodi exempla habemus in *Opio, Hyoſcyamo, Cynogloſſâ, Solano*, &c. 4. Quæ porrò *Odorem ſuavem & fragrantem* ex ſeſe facilè emittunt, ſpiritus animales reficientem ac recreantem, illa particulis ſulphureo balſamicis cum blando ſale volatili junctis gaudere exiſtimanda ſunt, quemadmodum in *Roſis, Caryophyllis, Violis, Hyacintho tuberoſo, Gelſemino*, &c. deprehenduntur. 5. Si quæ ſunt, quæ ſuum *Odorem* non niſi *accenſa* exhibent, illa ſulphur cum terreſtribus, ac ſalino-acidis particulis, plus minusve ligatum obtinent, ut in variis *Lignis, Reſinis* atque *Gummatibus* notare eſt, quæ quo minus ſine igne aut frictione odorata ſunt, eo ligatius, quo autem facilius odorem ſuum emittunt, eo ſolutius & liberius ſulphur tenent. 6. Quæ *fœtidum* maximè *odorem* ſpirant, illa ſulphure per putrilaginem quandam valdè ſoluto & expanſo pollent, quemadmodum in *ſtercoribus Animalium*, Herbis etiam pluribus putrefactis, in quibus cum ſulphure ſimul ſal copioſum hæret, notatur.

*Ab Odore tetro,*

*ſuavi & fragrante,*

*Odorata per accenſionem.*

*Odor fœtidus.*

*Principia intrinſeca*

§. 15. Sed plus fortè *intrinſeca principia* contribuunt, ad cognoſcendas Remediorum facultates & vires, quæ inter primò omnium ſeſe offert

*Sapor,*

*Sapor*, è cujus varietate diverſimodè judicare licet, tum de principiis conſtitutivis, tum de facultatibus ipſis Remediorum. Certum quippe eſt, principium rerum ſalinum omnium maximè Guſtûs ſenſum afficere, ut hinc ex ſaporum diverſitate *ſalium* varietatem, ex horum varietate autem virtutum quoque diſcrimen hariolari liceat. *Sapor.*

§. 16. Generalis autem regula hæc poteſt eſſe; Quod *amara* de ſale alcalino & acri; *acida* de ſale acido & ſoluto; *auſtera* de ſale acido, acerbo, magis crudo; *ſalſa* de utroque tam acido, quàm alcalino; *Dulcia* utplurimum de ſale acido occulto, aliis particulis inviſcato, & plus minus volatili, participent.

§. 17. In ſpecie tamen, ſi ſingulos *Sapores* conſideremus, occurrunt primò *Acria*, quæ guſtata linguam acredine quâdam mordicant, ſimulque nullam aciditatem manifeſtam monſtrant, qualia ſunt *Radix Aronis*, *Raphani ruſticani*, *Cochlearia*, *Plantago aquatica*, *Cardamine*, *Naſturtium*, *Apium hortenſe*, *Piperitis*, *Hyſſopus*, *Sinapi*, & pleraque *Aromata*, quæ ſingula ſale alcalino volatili, plus minus acri gaudentia, vim habent, humores admodum lentes ac viſcoſos rarefaciendi, ſubinde ad turgeſcentiam quandam evehendi, ſulphur ſanguinis craſſum diſſolvendi, atque exaltandi, ſerum & bilem inſpiſſatam fundendi, liquandi, diſcutiendi. Quibus autem in hoc genere acredo major adjungitur, ea majori quoque gradu urunt, pungunt, membranasque & cutim mordicant, atque ſic nunc purgant, nunc ſudores movent, nunc Urinam pellunt, nunc etiam ptarmica exiſtunt, ac ſalivatoria. Nimis acria & corrodentia tandem indicant res tales ſalibus corroſivis pollere, adeoque venena eſſe; uti habentur *Flammula Jovis*, *Pulſatilla*, *Ranunculi*, *Calx viva*, *Spiritus acidi* &c. *Remedia acria.*

§. 18. *Amara* ſunt vel *nauſeabunda*, & conſtant particulis volatilibus ſalino-terreſtribus ſulphureis, cum acrimoniâ quâdam acido-ſalinâ occultâ, fibras primarum viarum irritante, criſpanteve junctis, quarum ope purgare, & non tantùm primas vias eluere, ſed etiam ipſos humores & Maſſam ſanguineam præcipitare deprehenduntur, qualia ſunt *Radix Rhabarbari*, tum *veri*, tum *Monachorum*, *Aloë*, *Colocynthis*, *Agaricus*, *Amygdalæ amaræ*, (quæ animalibus volatilibus pluribus ſolent eſſe deleteriæ) *folia Tabaci*. Vel *ingrata* quidem ſunt, ſed *non* adeo *nauſeabunda*, & hæc ſale alcalino ſulphureo non ita volatili, & particulis terreſtribus multum involuto, gaudere creduntur, v. gr. *Radices Cichorei*, *Taraxaci*, *Curcumæ*, *Ariſtol. rot. ver. Gentianæ*, *Helenii*, *Acori veri*, *Herb. Abſynthii*, *Abrotoni*, *Cardui benedicti*, *Centaurii min. Matricariæ*, *Trifolii fibrin. Marrubii albi*, *Scordii*, *Tanaceti*, *Rutæ*, *Semina Plantag. Cochleariæ*, *Cynæ*, *Cortex Peruvian. Lignum Colubrinum* &c. quæ magis humores noſtri corporis alterare, fibras Viſcerum roborare, appetitum revocare, Lumbricos pellere, tandem & Urinam blandè ciere apta nata ſunt. Adde, quòd ob inſignem ſimul vim aperientem, incidentem, præcipitantem ac detergentem *Febrifuga* inſignia exiſtant.

*Salſa.* §. 19. *Salſa* quæ apparent remedia, participant plerumque de alcalino & acido ſale ſimul, quemadmodum obſervantur *Sal commune*, *Sal armoniac. Sal gemmæ*, *Serum*, *Urina*, *Tartar. Nitrum*. Vel talia ſunt, in quibus ſal acidum eſt magnâ ex parte per vim ignis deſtructum, adeoque ad alcalinam naturam magis accedunt, v. gr. *Sal tartari*, *Nitrum fixum*, *Cineres clavellati*, *Salia plantarum lixivioſa*, *Flores Salis armon. Salia volatilia animalium*, &c. quæ

hinc

hinc *Alcaliſata* magis appellari merentur. Alia tandem ita ſunt permixta invicem, ut nihilominus ſal acidum prædominium obtineat, quemadmodum ſunt *Cremor tartari*, atque *Salia eſſentialia plantarum* variarum *acidularum*, quæ ſub acidis in ſequenti paragrapho continentur. *Salſa* hinc omnia virtute gaudent incidendi, aperiendi, urinam atque ſudorem quandoque movendi. Quæ verò ignis ope magis alcalina & poroſa ſunt reddita, ea ſimul acido prædominanti in ſanguine reſiſtunt, viſcidamque pituitam, ubicunque in Glandulis corporis hærentem & ſtagnantem potenter incidunt, atque hinc inſignia *Antifebrilia* evadunt.

§. 20. *Acida* particulas non ita poroſas atque alcalina, ſed magis ſolidas & diverſimodè acuminatas, plus minus ſcindentes, pungentes atque mordicantes obtinentia, ſanguinis ſulphur magis deprimunt & coagulant, particulas alcalinas tam fixas quàm volatiles impugnant, deprimunt ac figunt, è contrario etiam coagulum illud, quod è ſpiritu ſulphureo alcalinoque maximè volatilibus invicem mixtis enatum eſt, reſolvunt, incidunt atque in fluidum ſtatum redigunt, hinc ſitim ſedant, bilis æſtum extinguunt, ac ita diverſo reſpectu nunc coagulant, nunc reſolvunt. *Acida* talia vel volatilia habentur, v. gr. *Spiritus* & *Sal volatile Succini, Ligni Guajaci, Terebinthinæ, Sacchari, Mellis*, variorumque lignorum; Vel minus ſunt *volatilia*, non tamen *fixa*, quemadmodum ſunt *Succi plantarum acidarum*, indeque educta *Salia eſſentialia*, v. gr. *Acetoſæ vulgaris, Trifolii acetoſi, Fructuum acidorum*, veluti ſunt *Berberes, Mala citria, Mala Cydonia, Poma acida, Ceraſa acida, Limones, Ribeſia, Tamarindi, Rubi idæi.* Vel tandem magis ſunt *acria, corroſiva*, plus minùs volatilia, *Acida.*

v. gr. *Oleum Vitrioli*, *Spiritus Salis, Vitrioli, Nitri, Aluminis, Clyſſus Antim.*

Terrea. §. 21. *Terrea* remedia, quæ aliàs inſipida, vel terreo ſapore prædita obſervantur, adeoque omnis aciditatis & ſalſedinis expertia ſunt, alcalinâ pollent naturâ, & hinc virtutem obtinent abſorbendi, præcipitandi, invertendi, ebullitiones quaſcunque acidas, bilioſasque ſedandi, & hinc acido in genere reſiſtendi: cujus generis ſunt pleraque *Mineralia, inſipida,* ac *metallorum Calces,* ut & quædam ex Animalibus petita; *Corallia item, Unicornu foſſile, Terra ſigillata, Antimonium diaphoreticum, Conchæ præparatæ, Teſtæ Ovorum præparatæ, Oculi* 69. *C. C. uſtum, Spodium ex Ebore parat. Mater Perlarum,* ac *Margaritæ* ipſæ, *Lac Lunæ, Cinnabaris nativa opt. vel Antimon.* Quæ ſingula juxta virtutem abſorbendi & præcipitandi, ſimul aliquando per Urinam ac ſudorem pellere apta nata ſunt.

Dulcia. §. 22. *Dulcia* remedia, ob particulas, quibus gaudent, rotundas, ſive globuloſas, acerba humorum ſalia inviſcant, atque hinc *Pectoralia* exiſtunt, Tuſſim, Raucedinemque corrigunt & demulcent, ſed & Renum tubulos ſimul expediunt.

vulgariter dicta. Ejuſmodi Dulcia ſunt vel *vulgariter talia*, dulci nimirum ſapore prædita, qualia exiſtunt *Saccharum, Mel, Ficus, Jujubæ, Poma dulcia, Radix Glycirrhizæ, Polypodii quercini, Siliquæ, Paſſulæ major. Dactyli, Semen Aniſi, Syrupi* varii, &c. Quæ omnia palato quidem gratiſſima exiſtunt, ſed ob ſpiritus occulti acidi acrimoniam poſtmodum, ſi immodicè aſſumantur, varias machinæ humanæ noxas inferunt, bilem augent, humoresque acido-acres cumulant;

Medicè intellecta. Vel *Dulcia* ſunt *medicè, impropriè* aut *privativè*, id eſt, quæ nullo ſapore acri ſunt prædita,

dita. Quemadmodum in Chymiâ edulcorare appellant, ſalſedinem à mixtis aut præparatis per frequentem Aquæ affuſionem tollere: talia autem ſunt *Aqua dulcis ſimplex, Mercurius dulcis, Calces metallorum edulcoratæ* &c. Imò *Terrea* ipſa medicè dulcia quoque appellari merentur, quatenus virtute inſigni pollent, ipſam maſſam ſanguineam edulcorandi, internè exhibita; extus verò applicata acrimoniam Ulcerum acidam abſorbendi, atque adeo ad illorum citam Curationem multum contribuendi.

## CAPUT III.

### *De Temperie Medicamentorum.*

§. 1.

TEmperiem medicamentorum Antiqui Medici vocârunt certam mixturam qualitatum maximè primarum, juxta quam alia *Calida*, alia *Frigida*, *Humida*, aut *Sicca* appellârunt. Cùm autem ſecundùm modernorum Medicorum principia talibus qualitatibus, ceu minimè realibus, effectus ejuſmodi attribui haud poſſint, atque hinc aliter longè explicari ſoleant, etiam hodie *Temperies Remediorum* appellabitur non niſi certa proportio principiorum, ſive particularum elementalium, quodlibet Remedium ingredientium, cujus ratione medicamenta nunc magis *ſalina*, nunc *ſulphurea*, nunc *aquea*, nunc denique *terreſtria* nuncupari poſſunt. *Quid temperies Medicaminum.*

§. 2. *Temperata* proin ante omnia ea ſtatuimus Remedia, quæ talem obtinent principiorum miſcelam, ut neque frigefaciant, neque calefaciant, &c. intenſiore gradu, quæque ſic temperatè admodum & amicè, Oeconomiam humani corporis anima- *Temperata*

lem afficiunt, ac vires probè conſervare, aut etiam reſtaurare apta nata ſunt. Sicut autem in Veterum Scholâ ad moderatam temperamentorum compoſitionem nullus requirebatur qualitatum exceſſus, ac prædominium, ita pariter juxta noſtra principia illud *temperatum* erit, in cujus compoſitione neque hujus, neque illius principii elementalis prædominium occurrit, ſed in quo principia ſingula ita amicè conveniunt, ut dici nequeat, tale eſſe vel nimis *volatile*, vel nimis *fixum*. Atque hæc eſt cauſa, quod *temperata* talia ſint utplurimum *alimentoſa*, digerant, paregorica exiſtant, roborent, & exceſſivum calorem moderentur.

*Veterum diviſio retenta.*

§. 3. Deinceps verò ne novas Remediorum diviſiones in Medicinam introducere velle videamur, tantiſper retinebimus illas à Veteribus excogitatas, ſed noſtro eas more explicabimus; In anteceſſum tamen monentes, epithetis ejuſmodi Remediorum non tam indigitari prædominium horum, aut illorum elementorum ſive principiorum, in quocunque ſimplici exiſtentium, quàm verò notari, vel exprimi quodammodo illorum varios effectus, quos quidem in Medicinâ præſtant. Sic *frigida* Remedia nuncupamus, non quæ actu præciſè frigidis pollent particulis, ſed quæ effectum refrigerandi edunt.

*Diviſio noſtra.*

§. 4. Hinc primò Medicamenta diſtinguimus in *calefacientia*, *frigefacientia*, *humectantia* & *ſiccantia*, quæ perperam ab aliis dicta ſunt *calida*, *frigida*, *humida* & *ſicca*. Cum enim hæc poſteriora epitheta reſpectum habeant ad particulas in quolibet ſimplici contentas, vel ad externum ſenſum magis, quàm ad effectus & virtutes inde promanantes, ad quas tamen magis attendendum eſt, ſine dubio priores illæ voces commodiores & ſignifican-

ficantiores in rem præſentem judicabuntur.

§. 5. *Calefacientia Remedia* in *genere* ſunt, quæ calorem ſive motum inteſtinum humorum circulantium intendunt & augent, ob prædominium Salis volatilis & ſulphuris,aut particularum ignearum in eorum ſubſtantiâ apparentium. *Calefacientia autem primo gradu* in *ſpecie* dicuntur, quæ obſcurè admodum & vix ſenſibiliter motum illum particularum ſanguinis augent, & in quibus principia ſuprà dicta parciùs eminent, atque particulis terreis vel aqueis multum adhuc ſunt obtuſa. Talia exiſtunt partim *dulcia*, verb. grat. *Radices Glycirrhizæ, Polypodii, Siſari, Scorzoneræ*; partim *pingüia inſipida*, quæ licèt ſapore nullo polleant, tamen in receſſu particulas quasdam blandè volatiles obtinent, prout ſunt *Malva, Mercurialis, Rapunculi, Scabioſ. Endiv. Trachelia, Flores Borraginis, Conſolidæ regalis, Turiones Aſparagi & Lupuli*, è quibus *Juſcula* omnium optimè, dein etiam *Infuſa, Decocta, Clyſmata, Aquæ deſtillatæ* parari poſſunt; partim ſunt *odorata* quædam, ſed ſine ſapore notabili, prout ſunt *Radices Aſparag. Ireos* tàm *florentinæ*, quàm *noſtratis, Flores Tiliæ, Scabioſæ, Primulæ veris, Verbaſci, Roſarum, Tunicæ, Betonicæ*, è quibus *Pulveres, Infuſa, Decocta, Conſerva, Syrupi* parantur, & ad confortandas maximè vires uſurpantur, partim ſunt *terrea*, quæ in receſſu veſtigia quædam volatilitatis monſtrant, prout ſunt *Adianthum, Cuſcuta, Sanicula, Pyrola, Alchymilla, Angelica erratica, Gramen Parnaſſi, Trifolium pratenſe purpureum*, & id genus, quæ proin non immeritò in claſſem Vulnerariorum medicaminum referri poſſunt, ac in formâ Infuſorum loco Thèe, Decoctorum, Eſſentiarum, Extractorum ad ſananda Vulnera, Ulcera, aperiendas obſtructiones,

*Calefacientia,*

*primo gradu.*

ſanguinem acrem edulcorandum uſurpantur.

*ſecundo gradu,* §. 6. *Calefacientia ſecundo gradu* ea poſſunt nuncupari, quæ ſulphure ac ſale, ſive fixo, ſive volatili magis aperto, & eminenti gaudentia, jam ſenſibiliter œconomiam hominis alterant, humorumque calorem ſive motum inteſtinum citra moleſtiam aut læſionem manifeſtè augent, proptereaque tonum Viſcerum roborant, obſtructas hinc inde vias aperiunt, ſordes abſtergent, & Menſes denique movent, &c. *Inter hæc* occurrunt *Reſinoſa, Balſamica* & *Spirituoſa*, v. gr. *Gummata* varia, *Balſama* exotica, *Terebinthina*, *Summitates Pini*, *Succinum*, *Myrrha*; è quibus *Balſama*, *Emplaſtra*, *Pilulæ*, *Eſſentiæ*, *Spiritus*, *Olea* parantur. *Item Amara* vegetabilia, prout *Carduus benedictus*, *Ariſtolochia*, *Marrubium album*, *Abrotonum*, *Gentiana*, *Trifolium fibrinum*, *Calendula*, *Rhabarbarum*, *Lignum colubrinum*, *Cortex Chinæ*, *Abſynthium*, *Centaurium minus*, *Aloë*, è quibus *Pulveres*, *Eſſentiæ*, *Extracta*, *Infuſa*, *Decocta*, *Pilulæ*, *Boli* componuntur, imò etiam *Fomentationes*, *Balſama*, *Olea*, &c. pro uſu externo. Nunc reperiuntur *Aromatica remedia*, v. gr. *Petaſites*, *Meliſſa*, *Ocymum*, *Calamintha*, *Origanum*, *Serpillum*, *Majorana*, *Roſmarinus*, *Salvia*, *Mentha aquatica*, è quibus *Pulveres*, *Tragemata*, *Vina medicata*, *Infuſa*, *Elixiria*, *Eſſentiæ*, *Extracta*, *Epithemata*, *Fomentationes*, *Balnea*, *Semicupia*, *Pediluvia*, *Pulveres fumales*, *Aquæ deſtillatæ* in uſus externos aut internos componuntur. Nunc ſunt *acriuſcula*, quæ acrioribus ſalinis particulis pollent, v. gr. *Thlaſpidia*, *Beccabunga*, *Semina Raphani*, *Napi*, *Aniſi*, *Carvi*, *Radix Aronis*, *Sigilli Salomonis*, *Imperatoriæ*, *Zedoariæ*, *Jalappæ*, *Plantago aquatica*, *Apium*, *Aſarum*; è quibus *Pulveres*, *Infuſa*, *Succi*, *Juſcula*, *Eſſentiæ*, *Extracta*, *Vina medicata* &c. componuntur. Nunc

tandem

tandem *ſunt Salſa*, v. g. *Flores Salis armon. Tartar. Vitriolatus, Nitrum Vitriolatum*, &c. in Pulveribus, Infuſis, Vinis medicatis uſurpabilia.

§. 7. *Calefacientia tertio gradu* ea dicuntur, quæ ſale plus minus volatili, cum vel ſine ſulphuris acceſſione eminentius gaudentia, corpus noſtrum ſenſibiliter alterant, caloremque humorum manifeſtius, atque ſi in uſu eorum excedatur, non ſine noxâ augent, hincque ſanguinem valde rarefaciunt, ejusque ſalino-ſulphureo-volatiles particulas admodum intendunt & explicant, flatus diſcutiunt, poros obſtructos aperiunt, ſpiritus debiles reſtaurant, Cachexiam omnem corrigunt. In hanc claſſem referimus *omnia Salia* aut *Sulphura volatilia*, in quibus ſal volatile plus minus oleoſum eminentius prædominatur, v. gr. *Spiritus* omnes *ardentes*, aut *ſalini volatiles, Cochlearia, Trifolium fibrinum, Naſturtium aquaticum, Olea deſtillata omnia, Piper, Zingiber, Cinnamomum, Macis, Cardamomum, Caryophilli, Radices Ari, Valerianæ, Imperatoriæ, Calami aromatici, Zedoariæ, Galangæ, Cyperi, Cortex Winterani, Cubebæ*, &c. è quibus *Pulveres, Tragemata, Eſſentiæ, Elixiria, Vina medicata, Hippocratica, Extracta, Epithemata*, concinnantur. *tertio gradu.*

§. 8. *Calefacientia tandem quarto* gradu ſunt, quæ ſale acerrimo & cauſtico volatili aut igneis efficaciter particulis pollentia vehementiſſimè operantur, non ſine gravi læſione, aut corroſione quoque, qualia ſunt *Mercurius ſublimatus, Arſenicum, Raphanus ruſticanus, Cantharides, Semen ſinapi, Erucæ, Flammula jovis, Cataputia, Eſulæ omnes, Ranunculi*, reliquaque *Rubefacientia & Erodentia*; è quibus veſicas aut ruborem excitantia, exedentia, abſumentia &c. parantur. *quarto gradu.*

§. 9. *Frigefacientia Remedia* ſunt ea, quæ principiis *Remedia frigefacientia.*

 cipiis

cipiis activis ſalis volatilis ac ſulphuris exaltati parcius inſtructa, paſſivis autem magis pollentia, effrænem humorum æſtum demulcent, motumque eorum inteſtinum debiliorem reddunt, ſalia volatilia figunt, & coagulant, ſulphurque ſanguinis deprimunt. Hinc in *Refrigerantium* medicamentorum Claſſem referuntur primùm omnia *Aquoſa*, particulis aqueis maximè gaudentia; dein *Mucilaginoſa aquea*; poſtmodum *Acida*, quæ ſal acidum ſolutum habent. Quò etiam pertinent *nitroſæ Plantæ*, remedia *terrea* vel *auſtera*, ac *ſtyptica*; tandem etiam *hypnotica*, ſulphure impuro, narcotico,

*primo gradu,* viroſoque gaudentia. *Primo gradu* Refrigerantia ſunt, quæ non admodum notabiliter ſanguinem noſtrum refrigerant, v. gr. *Decoctum Hordei*, *ſuccus Portulacæ*, *Endiviæ*, *Lactucæ*, *Serum caprillum*, *Aquæ ex Plantis nitroſis*, v. gr. è *Parietariâ*, *Lactucâ*, *Nymphæâ*, *Endiviâ deſtillatæ*, *Aqua fontana ſimplex* etiam & *pura*, *Albumen ovi*, *Gelatina C. C.* *Tragacanthum*, *Semina quatuor frigida majora* vel *minora*; *Ptiſana ex Hordeo*, *Radice Graminis*.

*ſecundo gradu,* §. 10. Refrigerantia *ſecundo gradu*, evidenter jam & manifeſtè calorem ſanguinis infringunt, æſtumque temperant, qualia ſunt v. gr. *Acida* blanda omnia, inprimis *Succi Cydoniorum*, *Berberum*, *Ribium*, *Citri*, *Ceraſorum acidorum*, *Rubi idæi*, *Acetoſæ*, *Acetoſellæ*, *Agreſtæ*, *Pomorum acidorum*, *Mororum*, *Granatorum acidorum*, indeque præparati *Julepi*. Huc quoque refer *Acidulas minerales*.

*tertiò gradu.* §. 11. Refrigerantia *tertio gradu* vehementer jam inteſtinum humorum motum debilitant, ipſamque Maſſàm ſanguineam ſimul incraſſant, quemadmodum ſunt *terrea* & *adſtringentia*, *Bolus Armena*, *Lac Lunæ*, *Terra ſigillata*, *Tormentilla*, *Flores Balauſtiorum*, *Hypociſtis*, *Cortex Granatorum*, *Ichtyocolla*,

*Muſci*

*Muſci varii* &c. è quibus *Pulveres, Boli, Electuaria, Cataplaſmata, Epithemata* cum *Mixto Albumine ovorum* &c. parantur.

§. 12. Refrigerantia *tandem quarto gradu ſunt,* quæ motum ſanguinis inteſtinum prorſus, ſive rodendo, ſive maximè figendo deſtruunt, necemque inducere apta exiſtunt, atque proin in uſum medicum parciſſimè & nonniſi cum debitâ circumſpectione trahenda, quemadmodum ſunt *Hyoſcyamus, Napellus, Opium, Cynogloſſa, Nicotiana, Papaver album, Colchicum, Cicuta, Scammoneum, Solanum* quodcunque, *Aqua fortis, Spiritus acidi* omnes majore doſi exhibiti. *quarto gradu.*

§. 13. *Humectantia* definiri poſſunt Medicamenta, quæ aqueo paſſivo principio admodum pollentia, corpus noſtrum humectare, ſeroſas humorum partes conſervare, reſtaurare & augere apta nata ſunt. *Remedia humectantia,*

§. 14. Quæcunque ergo in hunc cenſum, hancque Tabulam referri debent Remedia, aqueis particulis ceu oblongis, flexilibus, & lævibus eminenter pollebunt, & ſicubi contingit, activas quoque aqueis ſociari moleculis, hæ tamen parcâ magis quantitate adſint, & aqueis dominium concedant oportet, ſi quidem *Humectantia* appellari mereantur.

§. 15. Si verò gradualem in his differentiam ſpectemus, ea *primo dicemus gradu* humectare, quæ activis principiis vel penitus carentia, vel exiguè tantùm inſtructa, modicam obtinent particularum aquearum ſulphureis ſociatarum quantitatem, quemadmodum ſunt *Radix Conſolidæ majoris, Althææ, Liquiritiæ, Malvæ cum toto, Scorzoneræ, Rapunculi,* in quibus mucilaginoſa quædam hæret ſubſtantia, *Herbæ* item *recentes Malvæ, Althææ, Parietariæ, Symphyti, Sphondylii, Plantaginis, Succiſæ, Scolopendriæ, Hepaticæ fontanæ,* &c. *Flores Papaveris Rheados,* *primo gradu,*

*Rheados, Liliorum alborum, Nymphææ, Gummi arabicum, Tragacanthum*, &c. è quibus *Aquæ deſtillatæ, Infuſa, Epithemata, Decocta*, &c. parantur.

*Secundo gradu*

§. 16. *Secundo gradu* humectare credimus plantas magis ſucculentas, v. gr. *Sempervivum, Lactucam agninam, Folia Ficûs indicæ, Portulacam, Telephium, Blitum, Atriplicem*, ut & *Gelatinas* varias, & *Mucilagines*. Atque ſi tertio quartoque gradu nonnulla humectare dicenda ſint, quamvis plurimi id negent, protinus in *Lacte, Aquis fontanis, aquoſisq́ liquoribus, Cereviſiâ, Decocto hordei, Juſculis Herbarum, Fructuumq́ pulpis & ſuccis* conſiſtere autumamus; quæ omnia per ſe, aut in *Juſculis, Acetariis, Aquis deſtillatis, Julepis* &c. uſurpantur.

*Quorſum Spiritus & Olea referenda ſint.*

§. 17. Sed quonam *Oleum?* Quò *Spiritus ſulphureos ac ſalinos* referemus? cùm eorum nulla hic fiat mentio. Annon cùm liquidam obtineant conſiſtentiam, & Humectantium cenſui annumerandæ erunt? Ita verò ſibi imaginantur quàm multi Doctiſſimi Medici; nos verò cum diſtinctione reſpondemus: Quod enim primò attinet *Olea*, ea quidem lubricare, laxare, emollire cenſemus, ſed ſimul humectare negamus, niſi mucilaginoſis particulis ſociata ſimul ſint, quemadmodum id in quibuſdam obſervare licet, v. gr. *Succo Olivarum* &c. Dein *Spiritus* illi ſive *ſulphurei* ſive *ſalini*, externam quidem humidorum liquorum formam habent, *humidaq́* nuncupari poſſunt, ſed ſi conſideremus eorundem vim atque effectus in Corpore humano, è cujus humoroſâ maſſâ ſeroſam portionem per vias varias præcipitant atque minuunt, ultrò delabemur in eorum ſententiam, qui ſpiritus dictos ſulphureos quidem calefacere & ſiccare, ſalinos autem, inprimis acidos, refrigerare & ſiccare ſtatuerunt.

*Modus agendi humectantium.*

§. 18. *Modus agendi Humectantium* in eo conſiſtit,

ſiſtit, quòd particulæ aquoſæ (inprimis ſi ſalis alicujus præſentia mucilaginoſitatem quandam conciliet, & facilè adhæreſcat partibus noſtri corporis) intra corpus aſſumtæ, ſuâ flexibilitate, mobilitate atque facili penetrabilitate in ſanguinem illapſæ ejus ſeroſas particulas multiplicent, ſolidioresque moleculas à ſe invicem diſgregent.

§. 19. Affectus, in quibus *Humectantia* deſiderantur, varii exiſtunt. *Requiruntur certè*, ac eorum uſus indicatur *in Atrophia*, ubi ſucci aquoſi defectus adeſt; requiruntur *in Aridis faucibus*, ubi mucilaginoſa reliquis præferenda, quippe diutius adhærentia partibus, uti ſunt *Mucilago ſeminis Pſyllii, Cydoniorum, Gummi Tragacanthi, Hordei*, &c. requiruntur in *Contracturis Tendinum*, ubi dicta mucilaginoſa pinguibus permixta proſunt; requiruntur *in Oculorum* variis *Affectibus* & Morbis, ubi itidem cum *Aquis Ophthalmicis mucilaginoſa* conducunt; poſtulantur denique *in Raucedine* & *Trachearum ſiccitate*, ubi *Decoctum Liquiritiæ, Ficuum* & *Jujubarum*, nec non *Syrupi Violarum, de Althæâ Fernelii, Papaveris Rheados*, &c. aut *Mucilaginès* cum *Oleo Lini, Olivarum* vel *Amygdalarum dulcium*, additis ſimul *Syrupis*, omnem paginam abſolvunt. *Affectus humectantibus curandi.*

§. 20. *Siccantia* tandem *Remedia* ea nuncupamus, quæ principio terreſtri actu, vel quaſi tali gaudentia, ſuperfluas in corpore humiditates abſumunt, hincque varios uſus in eo præſtant. *Remedia ſiccantia.*

§. 21. Subinde enim contingit, ut vel intra corporis machinam, vel in ejuſdem partibus externis, cute inprimis, ſeroſæ humiditates ſtagnent, atque vel *Hydropem*, vel *Anaſarcam, Leucophlegmatiam, Scabiem, Hydrocelen*, variaque *Cutis Exanthemata* producant: Quibus in caſibus nonniſi *Siccantia* indicantur & requiruntur medicamenta. *Quibus Morbis dicata.*

§. 22. Par-

*Partes ea componentes.* §. 22. Particulæ autem hæc medicamenta conſtituentes non ſolùm terreæ ſunt & abſorbentes, ſed & ſulphureo-ſalinæ, alcalinæ fixiores, vel reſinoſæ etiam, atque ſubinde auſteræ terreæ.

*Siccantia gradu Primo.* §. 23. Quæ *leviter* & *primo gradu* ſiccant, ea vel ſunt ſimpliciter *terrea* & *abſorbentia*, vel etiam *ſulphureo-aquea calida*, v. gr. *Thermæ ſulphureæ* aut *ſulphureo-aluminoſæ*, *Argillæ Thermarum*, *Ceruſſa*, *Pompholyx*, *Creta*, *Lac Lunæ*, *Metallorum Calces*, *Mercurius præcip. ruber* vel *albus*, *Unicorum foſſile*, *Plumbum uſtum* & *lotum* &c. quorum pars externè in *Balneis*, *Semicupiis*, *Cataplaſmatibus*, *Unguentis*, *Emplaſtris*; pars internè in formâ *Pulverum*, *Bolorum*, *Electuariorum*, uſurpantur.

*gradu ſecundo,* §. 24. *Secundo gradu* exſiccant, quæ multis particulis *terreis*, cum *Alcalino ſale* permixtis conſtant, v. gr. *Amaricantia* & *aromatica acria*, prout ſunt *Radix Ariſtolochiæ*, *Gentianæ*, *Scrophulariæ*, *Abſynthii*, *Rhabarbari*, pro interno uſu in *Decoctis*, *Vinis medicatis*, *Infuſis* &c. Dein *Euphorbium*, *Cineres clavellati*, *Foliorum Tabaci*, aut *Bufonum*, aliorumque *Animalium combuſtorum* pro externo uſu, *Pulvis* item *Cochlearum* unà cum *Teſtis ſuis* uſtarum & calcinatarum, qualis maximè commendatus eſt, cùm intus ad *Hydropicorum* Aquas abſorbendas, & per urinæ vias præcipitandas, tum etiam extus in *Hydrocele* exſiccandâ, forma *Cataplaſmatis* cum admixtis aliis adhibitus.

*gradu tertio,* §. 25. *Tertio gradu* ſiccare dicuntur, quæ partim reſinoſis ſulphureis, partim terreis auſteris, partim denique alcalinis inſtructa ſunt particulis, verb. grat. *Camphora*, *Maſtiche*, *Gummata varia*, *Reſina Pini*, *Vitriolum*, *Alumen uſtum*, *Pulvis Balauſtiorum*, *Gallarum*, *Calx viva*, &c. uſu maximè externo in *Suffumigiis*, *Balſamis*, *Emplaſtris*.

§. 26. *Quarto*

§. 26. *Quarto tandem gradu* ſiccare dicuntur *Cauſtica* omnia, tàm *actualia*, quàm *potentialia*, quemadmodum ſunt *Mercurius ſublimatus*, aut *præcipitatus*, *Arſenicum*, *Moxa inuſta*, *Ferrum* aliudve *Metallum*, aut etiam *Lignum candens*, &c. *gradu quarto.*

## *Formulæ Calefacientium primo gradu.*

℞. *Radic. rec. Rapunc.*
*Trachel. ana* ℥ß.
*Herb. rec. Malv. aut*
*Mercurial.*
*Flor. Borrag. ana* Mj.
*Turion. Aſparag. M*ß.

*Inciſis affunde Juſculi carnium ferventis qu. ſufficit pro unâ doſi, ſtent uſq; dum juſculum calidum hauriri poſſit, dein per linteum coletur & bibatur, ac per unam vel alteram hebdomadam ſemel aut bis quotidie bibatur, ad Sanguinem acrem temperandum, motumq; ejus circularem promovendum, atque in ſtatu ſano retinendum.*

℞. *Aqu. deſt. Scabioſ.*
*Endiv. ana* ℥vj.
*Beton.*
*fl. Borrag.*
*Bugloſſ.*
*Rapuncul. ana* ℥iij.

*M. dentur ad Vitr.* Indeque m. ac. veſp. Cyathus unciarum quatuor exhauriatur.

℞. *Radic. Aſparag.*
*Gramin.*
*Scorzoner.*
*Polypod. ana* ℥ß.
*Ireos flor.*
*Cichor. ana* ʒiij.
*Herb. Scabioſ. M*ij.

*Hed.*

*Hed. terr.*
*Veronic. ana* Mj.
*Pimpinell. ſang.* Mß.
*Flor.* *Tunic.*
*Betonic.*
*Roſar. dam. ana* pj.
*Inciſ. affunde*
*Vini albi vet.*
*Aqu. fontan. ana* ℔iij.

*Hinc m. ac veſp.* in Paſtu ordinario Cyathus unciarum trium vel quatuor exhauriatur.

℞. *Radic.* *Graminis*
*Taraxac.*
*Rapuncul. ana* ℥vj.
*Herb.* *Adianth. alb.*
*Alchymill.*
*Angelic. err.*
*Sanicul.*
*Pyrol.*
*Succiſ. ana* Mß.
*Seminis Aniſ.* ʒij.

*Inciſis atque in nodulo ligatis affunde ut ſuprà, & utere.*

℞. *Conſ. fl.* Borrag.
*Bugloſſ.*
*Tunic.*
*Bell. min. ana* ℥ß.
*Ebor. uſt. ppt.*
*Antim. diaphor. ana* ℈ij.
*Syrup. de Alchymill. vel*
*Capill. Ven. q. ſ.*

*M. F. Elect. detur ad Pyxid.* Ac bis vel ter quotidie magnitudo Nuciſtæ capiatur.

℞. *Fol.* *Beton.*
*Alchymill. ana* Mj.

*Hed.*

*Hed. terr.*
*Urtic. urent.*
*Pyrol.*
*Vincæ pervinc.*
*Veronic. ana Mß.*
*Flor. Borrag.*
*Primul. Ver.*
*Tunic.*
*Keir. ana* pj.

*Inciſ. tenuiter d. ad ſcat. & uſurpentur loco Fol. Thée ſemel per diem.*

℞. *Radic. Pimpinell.*
*Ireos florent.*
*Taraxac.*
*Sigill. Salom. ana* ʒj.
*Semin. Aſparag.*
*Aquileg. ana* ℈ij.
*Ocul.* 69. *ppt.* ʒij.
*Sacch. alb.* ℥ß.

*M. F. Pulv. ſubt. detur ad Scat. Doſis m. ac veſper.* ʒß. *cum Aqu. Endiv. vel Scabioſ.*

℞. *Aqu. Pimpinell.*
*Sanic.*
*Hed. terr.*
*Scolopend.*
*Syrup. Capill. Vener.*
*de Scabioſ. ana* ℥j.

*M. d. ad Vitr.* Doſis ſingulis trihoriis cochlearia tria, vel quatuor.

℞. *Aqu. Endiv.*
*Numular. ana* ℔ß.
*Syrup. Ribium vel*
*Berber.*
*Ceraſ. nigr.*
*de Acetoſell. ana* ℥iß.

*M. d. ad Vitr. pro Julepo,* cujus aliquot unciæ ſingulis trihoriis vel quadrihoriis hauriendæ.

℞. *Aqu. Acetoſ.*
*Cichor. ana* ℥vj.
*Syrup. de Agreſt. vel*
*Gran. acid.*
*de Nymph. ana* ℥iß.

*M. F. Julepus pro aliquot doſibus.*

℞. *Decoct. Hordei cum*
*Paſſul M*iß.
*Aqu. Gramin.*
*Acetoſ. ana* ℔ß.

*Miſce pro potu ordinario.*

℞. *Semin. 4. frig. maj. ana* ʒij.
*Aqu. Portulac.*
*Malv. ana* ℥iiij.

*M. f. Emulſio, cui adde Syrup. de Nymph.* ℥iß. *d. ad Vitr. pro* 3. *vel* 4. *doſibus.*

℞. *Conſ. fl. Viol.*
*Acetoſell. ana* ℥j.
*Roob Ribium* ʒiiij.
*Unic. foſſil.* ʒj.
*Syrup. Cydon. q. ſ.*

*F. Mixt. ad formam Opiatæ*, de quâ ſubinde magnitudo Nuciſtæ capiatur, in Æſtu qualicunque corporis, etiam febrili.

℞. *Crem. Tartari*
*Nitr. Antimoniat. ana* ʒj.
*Rotul. Berber.* ℥ß.
*Sacch. roſ.* ℥j.

*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcat.* Exhibeatur ſenſim cum potu ordinario ad æſtum & ſitim.

℞. *Roob Sambuc.* ℥ß.
*Paſſul min.* ℥j.
*Succi Citri* ʒij.

*Sacch.*

*Sacch. penid. q. ſ.*

*M. F. Elect. d. ad Pyx.* ac ſubinde cuſpis cultri plenus lambatur.

℞. *Aqu. Verben.*
*Lactuc.*
*Roſar.*
*Aceti rutac. ana* ℥j.
*Album. Ovi unius.*

*M. d. ad Vitr.* ac ſæpè linteum huic liquori calenti immerſum Fronti, Carpisque manuum applicetur tepidè, in Cephalalgiâ & corporis æſtu.

℞. *Pulv. Cortic. Granat.*
*fl. Balauſt.*
*Terr. ſigillat.*
*Lapid. Hæmat.*
*Radic. Torment. ana* ʒiij.
*Vitrioli virid.* ʒij.

*Miſce & cum roſaceo Aceto, Albumine Ovor.* ac *Stupâ*, frigidè Fronti, Nuchæ, aut Inguinibus applicetur ad ſiſtendas hæmorrhagias.

℞. *Bol. Arm. ppt.*
*Unic. foſſil. ana* ʒiß.
*Nitri ppt.* ʒj.
*Sacch. alb.* ʒij.
*Laud. opiat. gr.* iij.

*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ch.* Doſis ſingulis ſex horis in Æſtu corporis dimidia drachma.

## *Formulæ Calefacientium ſecundo gradu.*

℞. *Extract. Myrrh.* ʒß.
*Gentian.*
*Card. bened.*
*Abſynth. ana* ℈j.
*Trifol. fibr.* ʒß.
*Succin. alb. pp.* ʒj.

*Terebinth. q. ſ.*

*M. F. Pilulæ ex* ℈j. *numer.* 40. *Conſperſ. Pulv. Liquir. d. ad ſcatul.* Ac inde ſumantur decem vel 12. m. ac v. cum Juſculo vel vehiculo conveniente.

℞. *Eſſent. Trifol. fibrin.*
*Abſynth.*
*Rhabarb.*
*Succin. ana* ℥j.

*M. d. ad Vitr.* Doſis m. ac veſp. gutt. xx. ad 30. cum *Aqu. Cichor.* vel ſimili.

℞. *Radic. Ariſtol. ver.*
5. *aperient.*
*Calam. arom. ana* ℥ß.
*Herb. Agrimon.*
*Anſerin.*
*Card. bened.*
*Beton.*
*Marrub. alb.*
*Flor. Calend. ana Mß.*
*Summit. Abſynth.*
*Cent. min. ana* pj.
*Semin. Fœnic.* ℥iij.
*Inciſis, contuſis atque in Nodulo ligatis affunde*
*Vini alb. Vet. Mj.*
*Aqu. fontan. calentis Mß.*

Hinc mane ac veſperi horâ ante paſtum cyathus unciarum quatuor, vel quinque exhauriatur.

℞. *Herb. Scabioſ.*
*Hed. terr.*
*Artemiſ.*
*Card. bened.*
*Summit. Cent. min. ana Mß.*
*Semin. Aniſ. vel*
*Fœnic.* ℥ij.
*Radic. Carlin.*

*Ruſci*

*Ruſci ana* ℥ß.
*Inciſ. & contuſ. coque in*
*Aqu. fontan. M*j.
*Vini alb.* ℔j.

Colatura poſtmodum detur ad Vitr. ac inde bibantur unciæ tres, vel quatuor man. ac veſperi.

℞. *Herb. Abroton.*
*Abſynth.*
*Aneth.*
*Meliſſ.*
*Hed. terr.*
*Origan.*
*Beton. ana M*j.
*Flor. Calendul.*
*Cheir.*
*Salv. ana M*ß.

*Inciſa mittantur in ſacculum*, qui coctus in *Vino albo*, & expreſſus calidè applicatur, ſæpius iterando.

℞. *Olei Chamomill.*
*Melilot. ana* ℥ß.
*Pini*
*Laurin.*
*deſtill. Bacc. Junip.*
*Spic. ana* ʒj.

*M. detur ad Vitr.* ac inde Pars refrigerata ſæpius inungatur.

℞. *Axung. Urſin.*
*Anſerin.*
*Olei Aneth.*
*Abſynth. ana* ℥ß.
*deſtill. Succin.*
*Roriſmar. ana* ℈j.

*M. detur ad Pyxid.* ac uſurpetur pro inunctione ut ſuprà.

℞. *Herb. Calaminth.*

*Anſerin.*
*Origan.*
*Menthæ aquat.*
*Marrub.*
*Artemiſ.*
*Flor. Chamom.*
*Samb. ana M*j.
*Cinerum M*iij.
*Inciſ. coque in ſ. q. Aqu. fontan. pro Pediluvio nocturno.*

## *Calefacientium tertio gradu.*

℞. *Spir. Cochlear..*
*Salis armon. fœnicul. ana* ʒij.
*Aqu. Cinam. cum Vin. deſtill.* ʒj.
*Miſc. d. ad Vitr. Doſ. m. ac v. 20. vel 25. gutt. cum vehiculo conveniente.*
℞. *Eſſent. Zedoar.*
*Galang.*
*Calam. arom. ana* ʒiß.
*Spir. Aniſ. vel*
*Fœnicul.* ʒij.
*M. d. ad Vitr.* Doſis ut ſuprà.
℞. *Elix. Vit. Matth.* ℥j.
*Eſſent. Carmin. Wed.* ʒiß.
*M. d. ad Vitr. Doſ.* ʒj. *m. ac veſperi ante paſtum.*
℞. *Vini Hungar. vel*
*Hiſpan. vel*
*Frontiniac. opt.* ℔j.
*D. ad Vitr. Doſ. m. ac v. unciæ duæ vel tres.*
℞. *Radic. Imperator.*
*Aron. ana* ʒj.
*Cyper. long.* ℈ij.
*Zingib.* ℈j.
*Cinam. el.* ʒij.

*Cardam.*

*Cardam.*
*Cubebar. ana* ʒj.
*Santal. rubr.* ʒiß.
*Sacch. alb.* ℥iiij.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſ. m. ac v.* ʒj. *vel* ʒiß.

℞. *Radic. Calam. arom.* ℥ß.
*Galang.*
*Imperat. ana* ʒij.
*Fol. Meliſſ. M*j.
*Origan. M*ß.
*Summit. Thym.*
*Mari ana* ℈j.
*Cortic. Winter.*
*Caryoph. arom. ana* ʒj.
*Semin. Fœnic.* ʒij.
*Inciſ. cont. ac in nodulo ligatis affunde*
*Vini albi Vet. M*ij.
*adde Sacch. alb.* ℔j.
*D. ad Vitr. Doſ. m. ac v.* ℥ij. *vel plures.*

℞. *Spir. Meliſſ.*
*Roſar.*
*Aneth. ana* ʒij.
*Ol. ſtill. Cinam. gutt.* iij.
*Garyoph. gutt.* x.
*Balſ. Peruv.* ʒij.
*M. d. ad Vitr.* ac linteola huic Spiritui ſæpè immerſa calidè Regioni cordis, vel Bregmatis applicentur.

℞. *Aqu. Borrag.* ℔j.
*Roſar.*
*fl. Aurant. ana* ℥j.
*Sacch. penid.* ℥iij.
*Mixtis ac ſolutis affunde Spirit. Ceraſ. nigr. opt.* ℥iij. *vel plures.*

*D. ad Vitr.* Doſis m. ac veſper. poſt paſtum duo vel tria cochlearia plena.

*Formulæ Frigefacientium.*

℞. *Aqu. Lactuc.* ℥iiij.
*Portulac.*
*Syrup. Violar. ana* ℥ij.
*Rub. id.* ʒvj.
*M. f. Julepus pro aliquot doſibus in Febribus.*

℞. *Flor. Roſ. rubr.* ℥iß.
*Affunde Aqu. fervent. Miß. ſtent donec Tinctura rubicunda fuerit extracta, tum verò immitte ulterius Pomum Citri, vel Limonis ſucculenti dimidium in fruſta diſciſſum, & Sacchar. alb.* ℔ß. *vel* ℔j.
*D. ad Vitr.* Doſis ſubinde unciæ duæ, vel tres in Æſtu febrili.

Plures heic alias frigefacientium Formulas addere nil attinet, cum intus quidem omnia Aquoſa frigida, ſuperius in Materiâ Medicâ recenſita, extus verò etiam actu frigida cum circumſpectione adhibita proſint.

*Formulæ Humectantium.*

℞. *Herb. rec. Lactuc.*
*Endiv.*
*Portulac.*
*Acetoſ. ana* Mj.
*Inciſa coque in Juſculo Carnium, quod dein colatum propinetur, ac ſubinde repetatur.*

℞. *Herb. Blit.*
*Malv.*
*Lactuc. agnin.*
*Cherefol. ana* Mj.
*Inciſ. coque in Juſculo* ut ſuprà, & hauriendum præbe.

℞. *Herbar.*

℞. *Herbar. Braſſicæ capit. M*j.
*Betæ Mß.*
*Endiv. M*j.

*Inciſ. coqu. in ſ. q. Juſculi*, & bidendum offer, ſæpius repetendo.

℞. *Aqu. Malv.*
*Cichor.*
*Endiv.*
*Lactuc. ana* ℔ß.
*Syrup. de Portulac.* ℥iij.

*M. detur ad Vitr.* & hinc ſæpius aliquot uncias bibe.

℞. *Gelatin. C. C. cum pedib. vel*
*Oſſibus vitulin. &*
*Gallinâ coctæ* ℔j.

*D. ad Pyxid.* Hinc quotidie bis vel ter cochlearia duo in Juſculo ſoluta capiantur.

℞. *Seri Lact. bubul. aut*
*Caprill.* ℔ij.
*Sacch. penid.* ℥iij.

*M. d. ad Vitr.* Doſis ſubinde ℥iij. vel ℥iv.

℞. *Radic. Gramin.*
*Liquir. ana* ʒij.
*Ficuum ping. par.* vj.
*Jujubar. par.* v.
*Paſſul. min.* ℥iß.

*Inciſ. coque in*
*Aqu. fontan. M*ij.

*Colatura dein pro potu ordinario concedatur.*

℞. *Amygd. dulc. rec. exc.* ℥j.
*Semin. Cucum.*
*Cucurb. ana* ʒiij.
*Aqu. Malv.* ℥viij.
*fontan.* ℥vj.

*F. l. a. Emulſ. cui adde*

*Julep. roſ.* ℥iß.

*D. ad Vitr.* pro pluribus doſib. intra diei ſpatium ſumendis.

℞. *Aqu. Taraxac.*
*Numul. ana* ℔j.
*Syrup. Viol.* ℥iij.
*M. d. ad Vitr.* pro pluribus doſibus.

*Formulæ Siccantium.*

℞. *Lact. Lun.*
*Cret. alb. opt.*
*Unic. foſſil.*
*Terr. Lemn. ana* ʒij.
*Sacch. roſ.* ℥ß.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſ. m. ac veſp.* ʒß. *ad* ℈ij. *cum Vehiculo convenienti.*

℞. *Antimon. diaph.*
*Specif. ſtom. Pot.*
*Terr. ſigill.*
*Corall. rubr. vel*
*alb. ppt. ana* ʒiij.
*Semin. Fœnic.* ʒiß.
*Cinam. el.*
*Nuc. moſch. ana* ʒj.
*Sacch. alb.* ℥iß.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat.* Doſis m. ac veſp. drachma una.

℞. *Flor. Cheir.*
*Salv.*
*Beton.*
*Summit. Thym.*
*Majoran. ana* ʒj.
*Raſ. Lign. junip.* ʒvj.
*Maſtich.*
*Thuris maſc.*

*Styrac.*

*Styrac. cal.*
*Benzoin.*
*Gumm. Anim. ana* ʒij.
*Succin. flav.* ʒiij.
*M. f. Pulv. groſſ. pro ſuffimigiis.*
℞. *Gumm. Sagapen.*
*Elem.*
*Tacamah.*
*Opopanac. ana* ʒj.
*Styrac. cal.* ʒij.
*Rad. Biſtort.*
*Gallar. ana* ℈ij.
*Ceræ & Tereb. ana q. ſ.*
*M. f. Empl. tenax,* parti imponendum ad humiditates diſcutiendas.

---

## CAPUT IV.

### *De Emollientibus Remediis.*

§. 1.

EMollientia ſive μαλακτικὰ *Remedia* ea dicuntur, quæ ſiccitatem atque duritiem præternaturalem corrigere, & humores quoſcunque coagulatos tenuiores ac fluidiores reddere poſſunt. *Emollientia quid.*

§. 2. Occaſionem autem inveniendis hiſce Remediis exhibuerunt varii corporis Morbi, partim interni, partim externi. Interni quidem ſunt *Alvi obſtructio*, à fœcum duritie, *Oris & faucium ſiccitas*, & ſimiles Affectus. Externè verò medicamentorum talium applicationem poſtulant varii *Tumores*, ſive à flatibus, ſive à ſanguine ſeroque extravaſatis oriundi, quemadmodum ſunt *Clavi pedum, Calli cutanei, Furunculi, Apoſtemata, Scirrhi glandularum, Herniæ, Tumores flatulenti, Ganglia, Fungi*, &c. *Occaſio inventionis.*

§. 3. *Ma-*

*Eorum materia.*

§. 3. *Materia* Emollientium eſt partim *interna*, partim *externa*. *Internam* materiam præbet varia principiorum proportio in componendis Emollientibus. Sic partim *conſtant particulis mucilaginoſo-aquoſis*, cum *blando Sale volat.* occulto junctis, prout ſunt, pro uſu interno æquè ac externo, *Radices Conſolidæ majoris, Lilior. alb. Liquiritiæ, Malvæ, Althææ, Semina Pſyllii, Lini, Cydoniorum, Fœni græci, Gummi Tragacanthi, Telephium, Ficus, Folia Herbarum* omnium *emollientium, Sempervivi*, ac *Ficus indicæ*. Inter *compoſita externa Emplaſtrum de Spermate Ceti, Emplaſtrum de Mucilaginibus*, & *Diachylum*. Partim emollientia conſtant *particulis balſamico-oleoſis, ſale volatili blando alcalino ſociatis*, quarum ratione etiam *Emplaſtica* ac *Suppurantia* vocitari poſſunt, quemadmodum ſunt *Chamomilla, Verbaſcum, Gallium luteum, Melilotus, Hypericum, Crocus, Amygdalæ, Mel, Terebinthina, Cera*. Partim conſtant *particulis ramoſis pinguibus* & *oleoſis*, uti habemus *Oleum Olivarum, Lilior albor. Violar. purp. Lini, Verbaſci, Chamomillæ, Amygdalarum dulcium, Vulpinum, Roſaceum*. Quò etiam pertinent *Lac, Pinguedines*, & *Axungiæ Animalium*. Partim denique conſtant particulis *ſalinis*, aut *ſalino principio immerſis*, quemadmodum ſunt *Plantæ* omnes *emollientes*, partibus *nitroſis* & *abſtergentibus* turgentes.

Sed & gradualis obſervatur differentia in Emollientium Claſſe, in quantum alia præ aliis conſtant pluribus aut paucioribus particulis laxantibus.

§. 4. *Emollientia* autem ſingula pro diverſitate Affectuum diverſo modo adhibentur, & quidem nunc ſub formâ *Cataplaſmatum*, quali modo etiam ſuppurant, Abſceſſibus hinc maturandis deſtinata, nunc

nunc uſurpantur ſub formâ *Linimentorum*, *Balſamorum* aut *Oleorum*, quomodo in Sugillationibus ac leviculis Inflammationibus conveniunt, inprimis ſi *Olea* talia imprægnata fuerint plantarum quarundam ſale volatili alcalino, uti ſunt *Olea Roſarum*, *Liliorum alborum*, *Meliloti hortenſis*: Nunc ſub formâ *Unguentorum*, in Tumoribus flatulentis, ſtrictisque partium fibris & tubulis: Nunc ſub formâ *Emplaſtrorum* in variis Tumoribus Lymphaticis aut ſcirrhoſis: Nunc tandem ſub formâ *Fotuum* aut *Clyſmatum*, in Doloribus Partium, vel etiam in adſtrictâ Alvo.

§. 5. Latè enim patet Emollientium uſus, diverſiſſimique ſunt *Affectus*, in quibus optimè conveniunt, ſic *Scybala Alvi indurata*, ſic *Cruſtæ*, *Eſcharæ*, *Squammæ*, ſic *Clavi* eradicandi, *Verrucæ* extirpandæ, *Calli* ac *Tophi podagrici*, *Aridurae Tendinum* & *Nervorum*, & hinc enatæ *Contracturæ*, *Calli oſſium*, *Calculi* & *Iſchuriæ*, *Dolores colici*, *Tumores* omnes *Dolorifici* glanduloſarum partium, *Abſceſſus* maturandi, *Dolores* etiam partium varii, non niſi *Emollientia* deſiderant Remedia.

§. 6. Hinc eſt, quod ipſæ particulæ *emollientium* Remediorum ſimul ſint *anodynæ*, quatenus ſtrictas laxant fibras, ſicque humori ſtagnanti dolorifico tranſitum iterum conciliant; Sed & eadem Remedia *ſuppurantia* quoque dici poſſunt, quoniam ſanguinem extravaſatum & ſtagnantem coquere, & in pus convertere poſſunt, naturam extus adhibita in puris generatione juvando, calorem nimirum partis fovendo, motumque ſtagnanti humori reſtituendo, in quo particulæ fermentationem quandam ſubeuntes, ſenſim ac ſenſim exaltatis magis particulis ſulphureis, in pus convertuntur.

§. 7. Quum autem ex dictis pateat, Remedia *emollien-*

*emollientia* interdum ſuam exercere virtutem mucilaginoſis quibuſdam particulis, iiſdemque vel oleoſis, vel aquoſis, facilè hinc quoque colligitur, non in omnibus illa Affectibus eſſe applicanda; ita enim Ulcera ferè omnia potius *Siccantia*, quàm *Emollientia* poſtulant: Sic Sciſſuræ Papillarum, aut Ani, Uterique Rhagades *Emollientia* requirunt *Siccantibus* permixta, & hinc in talibus Affectibus *Mucilago Seminis Pſyllii*, vel *Cydoniorum Aquâ Plantaginis* extracta, atque *Lithargyrii pulvere* ſociata, optimè deſiccant & perſanant. In ſcrophuloſis glandularum Tumoribus, à lymphâ coagulatâ, ſubinde in receſſu acri, oriundis, non licet *Emollientia* ſive *Cataplaſmata*, ſive *Emplaſtra* applicare, utpote quod hac ratione in tubulos magis laxatos & emollitos plus ſemper lymphæ novæ coagulabilis influat, ſicque Tumor inſigniter augeatur, tandemque in fœtidum, imò & quandoque in cancroſum deleterium Ulcus degeneret. Ita Fœmina ante biennium nobis viſa eſt, cui ſub maxillâ inferiore dextrâ in Febre ephemerâ exoriebatur glanduloſus tumor, leviculo dolore moleſtus, minus inflammatorius, ſub cute aliquantillum mobilis, cui poſtquam Chirurgus, ſive incautus, ſive non adeo peritus, partim *Emplaſtrum* de *Mucilaginibus*, partim etiam *Cataplaſma emolliens*, ac uti prætendebat, *Diſcutiens*, per aliquot dies impoſuiſſet, tumor inde ſtatim incrementum ſuum ſumere cœpit, tandemque non ſine atrociſſimis Capitis doloribus ad capitis humani magnitudinem augebatur, & cùm poſtea minus feliciter ſuppuraretur, jactabundus idem Chirurgus, inciſione cum ſcalpello aliquoties repetitâ, non ſolùm pus minus laudabile, ſed & ſanguinis multum, tandemque ſpatio aliquot ſeptimanarum ipſam miſerrimæ

Fœminæ

Fœminæ animam infeliciter extraxit. Ubi autem ſerum plus minus ſalſum ad partem quandam fluere incipit, ibi ab *Emollientium* uſu ſibi maximé eſt cavendum, ſolaque *reſolventia* & *diſcutientia* in uſum trahenda.

## *Cataplaſmata.*

℞. *Radic. Lil. alb.*
*Alth. ana* ℥iß.
*Herb. Malv.*
*Branc. urſin.*
*Flor. Chamom. ana M*j.
*Semin. Pſyll.*
*Fœn. græc. ana* ʒvj.
*M. f. pulvis Lacti incoquendus, hinc pultis formâ craſſius linteo inducendus, & calidè ſæpius applicandus in Apoſtematibus.*

℞. *Farin. Rad. Malv.*
*Alth. ana* ℥j.
*Sem. Lin.* ʒvj.
*Mic. panis* ℥iß.
*Ficuum pinqu. num.* iv.
*Croci* ʒj.
*M. F. cum Lacte Cataplaſma.*

℞. *Radic. Bardan.*
*Lil. alb. ana* ℥j.
*Herb. Alth. Parietar.*
*Violar. Semperviv. ana M*j.
*Semin. Cannab.* ʒvj.
*Pingued. Anſer.* ℥iß.
*Lact. q. ſ.*
*M. F. Cataplaſma.*

℞. *Herb.* 5. *emoll. ana M*j.
*Farin. rad. Alth.*
*Liquir.*

*Sem.*

*Sem. Pſyll. ana ʒvj.*

*Miſce & in Aquâ coque ad Formam Cataplaſmatis.*

℞. *Radic. Alth.*
*Malv. ana ʒvj.*
*Herb. Mercurial.*
*Violar.*
*Parietar.*
*Betæ.*
*Flor. Melilot.*
*Verbaſc. ana Mß.*
*Semin. Lini. ℥ß.*
*Aniſ. ʒij.*

*Inciſ. & contuſ. coqu. in ſ. q. Aqu. font. vel Lact. Colatur.* ℔j. *adde*
*Mell. Violac.*
*Olei Olivar.*
*Lil. alb. ana ℥j.*

*M. F. Clyſter. debite injiciendus.*

℞. *Radic. Lil. alb. ʒvj.*
*Malv. ℥ß.*
*Herb. 5. emoll. ana Mß.*
*Flor. Melil. Pj.*
*Semin. Fœn. græc. ℥ß.*
*Dauc. ʒij.*

*Inciſ. & contuſ. coqu. in ſ. q. Aqu. font. Colatur.* ℥xij. *adde*
*Ol. Lil. alb.* ℥iß.
*Elect. Lenit.* ʒvj.
*Salis comm.* ℈ij.

*M. F. Clyſter.*

℞. *Juſcul. Carn.* ℥x.
*Ol. Violar. vel*
*Oliv.* ℥iij.
*Mell. roſac.* ℥iß.

Salis

*Salis comm.* ʒj.
*M. F. Clyſma.*
℞. *Herb. Malv.*
*Alth.*
*Mercur.*
*Flor. Chamom. ana* Mj.
*Semin. Cumin.*
*Bacc. junip. ana* ʒij.
*Inciſ. & contuſ. coque in Lactis q. ſ. Colatur.*
℔j. *adde*
*Crem. Hord.* ℥j.
*Ol. Amygd. dulc.* ℥ij.
*Sacch. alb.* ʒiiß.
*M. F. Clyſter.*
℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
*Axung. capon.* ℥ß.
*Ol. Violar.* ʒvj.
*Roſac.* ʒij.
*M. F. Linimentum, calidè inungendum.*
℞. *Butyr. rec. non ſalit.* ℥j.
*Pingued. Cat.* ʒvj.
*Axung. Cerv.* ℥ß.
*Ol. Verbaſc.* ℥j.
*Hyoſc. expr.*
*Hyper. ana* ʒiij.
*Ovor.* ʒij.
*M. F. Linimentum d. ad Oll.*
℞. *Ungt. roſat.* ʒvj.
*Spermat. cet.* ʒij.
*Farin. rad. Alth.* ʒj.
*Olei Ceræ* ʒiiß.
*M. F. Ungt. d. ad Oll.* Pro inungendo pectore dolente.
℞. *Ungt. pomat.* ℥j.
*Crem. Lact.*

*Olei Ovor.*
*Hyperic. ana* ℥ij.
*Magiſt. antimon. diaph.* ʒj.
*Bol. armen.* ℈ij.
*Ceræ flav. q. ſ.*

*M. F. Ungt. d. ad Oll.* Pro Fiſſuris Labiorum, Papillarum & Ani.

℞. *Ungt. pomat.* ℥iß.
*Axung. human. fœmin.* ʒvj.
*Ol. Amygd. dulc. &*
*Semin. Cucum. ana frigidè expreſſ.* ℥ß.
*Magiſter. Marcaſit.* ʒvj.
*Ol. Ovor. q. ſ.*

*M. F. Ungtum. d. ad Oll.* pro Nitore & Mollitie faciei conſervandâ, ſi ſingulis noctibus inungatur.

℞. *Farin. radic. Alth.*
*Sem. Lin. ana* ℥ß.
*Gumm. Ammoniac.* ʒvj.
*Ceræ Virgin.* ℥iß.
*Terebinth. & Olei Ovor. ana q. ſ.*

*M. F. Emplaſtrum.*

℞. *Pulv. rad. Malv.*
*Alth. Irid. Flor.*
*fol. Mercurial.*
*Parietar.*
*fl. Melilot.*
*Verbaſc.*
*Malv. hort.*
*Semin. Fœnigr.*
*Cannab. Apii,*
*Baccar. Laur.*
*Junip.*
*Gumm. ammon. Aceto ſol.*
*Styrac.*

*Styrac. calam ana ℥ij.*
*Axung. porc. ℥ß.*
*Ceræ ac Tereb. ana q. ſ.*
*M. f. l. a. Emplaſtrum emolliens.*

# CAPUT V.

## *De Remediis epiceraſticis, edulcorantibus, &c.*

§. I.

QUæ ad corrigendam humorùm qualiumcunque acrimoniam ſalinam plus minus corroſivam, ſenſumque exaſperatum fibrarum membranacearum retundendum, efficacia deprehenduntur remedia, generali *Epiceraſticorum*, atque *Temperantium* nomine venire ſolent, appellantur tamen etiam *Edulcorantia* vel *Dulcificantia.* Optimè hæc diſtinguit *Clariſſ. Mangoldus*, in *Ideâ Materiæ Medic. tripartitâ*, in *communia* & *propria*, quorum illa cuilibet acrimoniæ & ſalſedini Humorum emendandæ, hæc autem nonniſi certæ acrimoniæ ſalinæ in ſpecie corrigendæ inſerviunt, utraque tum reſpectu principiorum, tum qualitatum ſuarum multum diverſa, quæ proin à medico ſtudioſè ſunt diſcernenda, ſiquidem pro variâ Morborum indole & cauſâ, modo hæc, modò illa, ad ſcopum dulcificationis eligenda veniunt. *Definitio & Synonymia.*

§. 2. Ad hanc Claſſin primò referimus illa, quæ principio potiſſimum terreo, alcalino pollent, quorum particulæ ſunt poroſæ, quæ intra corpus humanum admiſſæ Humorum acredini reſiſtunt, acidas, ſalinas, acutas moleculas abſorbendo, imbibendo, obtundendo, vel etiam invertendo, quæ proin ſpecialiùs *Abſorbentia*, *Imbibentia*, *Invertentia*, *Abſorbendo edulcorantia.*

*tia*, interdum etiam *Præcipitantia* dici merentur. Cujuſmodi ſunt ex regno animali, *Oculi Cancr.ppt. Chelæ Cancr. ppt. C.C. uſt. & ph. ppt. Spod.ex Ebor.ppt. Mat.Perl.ppt. Margarit.ppt. Conch ppt. Teſtæ Ovor.ppt. Mandib Luc.piſc.ppt. Dent.Apri ppt. Dent.Hippopot.ppt. Teſtæ Cochlear.ppt. Lap.Carpion.ppt. Cran.hum.ppt.*&c. Ex regno minerali *Bolus armen. ppt. Bolus vulgaris, Terra ſigill. Lemn. Creta colon. ppt. Creta rubr. Lac Lunæ, Lap. hæmat. ppt. Cryſtall. alb. ppt. Corall. rubr. ppt. alb. ppt. Unicorn. foſſ. ppt. Ebur. foſſ. ppt. Lapid. 5. pretioſ. ppt. Lap. ſpongit. Judaic. Lync. Limat. Mart. ſubtil. Croc. mart. aperit. Chalybs cum Sulph. ppt. Croc. martialis adſtr. Panacea ſolut. alcal. Antimon. diaph. Bezoard. min. Spec. antihect. Poter. ſtomach. ejuſd. Diaphor. ſolare, lunare, martiale, jovial, Sacch. Saturni, Antimon. crud. Cinnabar. nat. opt. Antimonii corr.* Ad uſum externum pertinent *Nihilum alb. Tutia ppt. Plumbum uſt. ac lot. Lap. calam. ppt. Creta, Farina* &c. Ex quo apparatu omnivariæ formulæ parantur, *Pulveres, Pilulæ, Trochiſci, Rotulæ, Electuaria, Boli,*&c. quorum uſus in *ſoda ſtomachi, Cacochymia ſanguinis ſcorbuticâ, Febribus, Venenis*, aliisque affectibus à Humorum acrimoniâ oriundis eſt probatiſſimus.

§. 3. Deinde hûc ſpectant ea Vegetabilia, quæ ſale alcalino fixo, ut & quæ inſuper blando aromatico principio gaudent, cujuſmodi ſunt promiſcuè *Radices Filicis, Chinæ, Sarſæpar. Cortices & Ligna Saſſafr. Guajac. Juniper. Herbæ & folia 5. capillar. Lichen. petr. Piloſell. Alchymill. Sanic. Pyrol. Veron. Pervinc. Beton. Nummular. Virgæ aur. Tuſſilagin. Hyperic. Plantag. Scabioſ. Linguæ cervin. Thée, ſpecies Thée helvet. Flores Papav. rh. Bellid. min.* ex quo ſelectu parantur *Conſervæ, Syrupi, Extracta, Aquæ deſt. Infuſa, Decocta, Juſcula,* &c. Cujuſmodi

ſpecies

ſpecies virtute ſalis fixi alcalini, reſiſtunt acido in Humoribus latenti, illudque infringendo, hebetando, corrigunt noxas ab illius prædominio dependentes, quæ dein ulterius aromatico principio blando gaudent, ſicut Lign. Saſſaphr. &c. ejus vi particulas Humorum diſſolvunt, attenuant, ſicque motum ſanguinis, indeque dependentes varias Secretiones promovent. Adeoque in Cacochymia ſalſâ, acidâ, & affectibus hinc oriundis proficua eſſe obſervantur.

*Formulæ abſorbendo edulcorantium.*

℞. *Corall. r. ppt.*
*Ol. 69. ppt. ana* ℥ß.
*Matr. Perl. ppt.* ʒij.
*Bol. arm. ppt.* ʒiß.
*Sem. Aniſ.* ʒß.
*Sacch. cand. alb.* ʒvj.
*Miſc. f. Pulv. ſubt. detur in ſcat.* Ut m. & v. ʒj. vel ʒij. capiantur. Vel

℞. *Limat. martis ſubtil.* ℥ß.
*Oc. 69. ppt.*
*Spec. ſtom. Pot. ana* ʒj.
*Sal. Abſynth.*
*Cinam. acut. ana* ʒß.
*Sacch. alb. ad pond. omn.*
*Miſc. fiat. Pulv. ſubt. detur in ſc.* ſumendus ut præcedens. Vel

℞. *Panac. ſol. alcal.* ℥iß.
*Fiat p. ſ. div. in* 12. *doſ. æqu. ad ch.* Ut ſingulis m. & v. una capiatur.

℞. *Cret. Colon. ppt.* ℥j.
*Ol. Cancr. ppt.*
*Corall. r. ppt. ana* ʒij.
*Bol. arm. ppt.* ʒj.

 *Nuc.*

*Nuc. moſch.* ʒß.
*Sacch. roſat.* ℥j.

*M. f. Pulv. ſ. d. in ſcat.* ut in Sodâ ʒij. capiantur.

℞. *Matr. perl. ppt.*
*Spod. ex Ebor. ppt.*
*Ol Cancr. ppt.*
*Corall. r. ppt. ana* ʒij.
*Conf. alk. inc.* ʒvj.
*Sacch. alb. Aqu. R. ſol.* ℥vj.

*M. f. l. a. Rotulæ dentur in ſcat.* ut capiantur pro lubitu.

℞. *Conſ. Lich. petr.*
*Bell. min. ana* ℥j.
*Cond. rad. Symphyt.* ℥ß.
*Spec. Antih. Pot.*
*ſtom. ejuſd. ana* ʒij.
*Syrup. Viol. q. ſ.*

*Miſc. fiat Elect. detur ad Pyxid.* Ut ſing. 3. horis magnitudo nuciſtæ capiatur.

℞. *Aqu. Plantag.*
*Agrimon. ana* ℥ij.
*Syrup. Cap. Ven.* ℥ß.
*Antim. diaph.* ℈ij.
*C. C. ppt.*
*Ebor. ppt. ana* ℈j.

*Miſc detur ad Vitr.* Ut ſæpius duo cochlearia plena capiantur.

℞. *Herb. Sanic.*
*Veron.*
*Pyrol.*
*Alchymill.*
*Summ. Hyperic.*
*Flor. Bellid. min. ana M*j.

*Inciſ. coqu. in Aqu. font. q. ſ. igne blando, Colatura*

*latura* ℔iv. *detur ad Vitr.* Ut ſingulis m. & v. cyathus ℥iv. hauriatur.

℞. *Rad. Chin. Sarſæp. ana* ℥iß.
*Liquirit.* ʒvj.
*Lign. Saſſaphr.* ℥iij.
*Guajac.* ℥j.
*Sant. Citr.* ℥ß.
*Sem. Aniſ. Fœnic. ana* ʒij.
*Paſſul. minor.* ℥iß.

*Inciſ. & cont. coqu. in Aqu. font.* ℔xvj. *ad conſumptionem medietatis, Colatura detur in Vitr.* Ut ſingulis 6. horis ℥iv. hauriantur.

℞. *Fol. Sanicul. Agrimon.*
*Pervinc. Pyrol.*
*Alchym. Lingu. cerv.*
*Hepat. nob.*
*Cap. Ven. ana M*j.

*Inc. miſc. dentur in ch.* Ut inſtar Thée adhibeantur bis quotidie, cum aquâ fervente & ſaccharo.

§. 4. Secundum ordinem hujus Claſſis conſtituunt ea remedia, quæ inviſcando, obliniendo, demulcendo potiſſimum in corpore humano operari videntur, cujuſmodi ſunt vel *Mucilaginoſa*, ut *Radix Alth. Malv. Symphyt. Herba Lich. petr. Alth. Malv. Flores Malvæ arbor. Semen Cydon. Pſyll. Hordei, Gummi Tragacanth. Arab. Gelatina* C. C. &c. Vel *Viſcoſa dulcia*, ut *Radix Liquirit. Polypodii*, Fructus varii, *Paſſulæ maj & min. Caricæ, Jujubæ, Sebeſten. Dactyli, Siliqu. dulc. Pruna dam. Ceraſa, Mel, Saccharum, Manna, Syrupi* ex herbis ſuperioribus parati, ut *Syr. Bellid. Lich. petr. Viol. Cap. Ven. Pap. rh. de Liquir. de Jujub.* &c. *Looch. de Farfar. de Pulm. Vulp. Diacodium ſimpl. vel Mont.* Mel *roſac. Succus Liquirit.* Vel *Oleoſa*, ut *Oleum Olivar.* *Inviſcando, demulcendo edulcorantia.*

*Lini, Amygd. dulc. Axungia canin.* vel quævis alia, *Sperma Ceti, Butyrum rec. Lac pingue, Cremor. Lact. Nuclei Amygd. dulc. exc. Pinear. Piſtaciar. Perſicor. Avellanar. Semina 4. frigida majora.* Vel *Balſamica, gummoſa, reſinoſa,* ut *Myrrha, Thus, Succinum, Terebinthina, Balſamus indicus albus & niger, Balſ. Tolut. Opobalſ. Balſamus Arcæi, Locatelli,* aliorum. Quæ ſpecies omnigenam & præparationis & compoſitionis varietatem admittunt, dum aliquæ per ſe adhibentur, aliæ in forma *Infuſi, Juſculi, Decocti, Conditura, Mucilaginis, Eclegmatis, Emulſionis, Balſami,* &c.

§. 5 Hoc genus medicamenta pro indole ſuorum elementorum, ſi intra corpus aſſumantur, partes ſolidas obvias, putà ſtomachi & inteſtinorum tunicam interiorem, dein Vaſorum & meatuum, in quos deferuntur, parietes lubricant, relaxant, partes autem fluidas ita afficiunt, ut ſi ſcateant nimium ſalinis, acribus, volatilibus moleculis, has mucilagine ſuâ involvant, obtundant, infringant, unde Maſſa univerſa humoralis temperatur, & ſubjugato acrium prædominio in ſtatum dulciorem convertitur. Quapropter in variis Morbis ſalubrem effectum præſtare obſervantur, in *Venenis* quocunque caſu illapſis, in *Dyſenteria, Ulceribus, Vulneribus, Phthiſi, Hectica, Atrophiâ, Scorbuto, Nephritide, Raucedine, Tuſſi,* & aliis pluribus.

### *Formulæ inviſcando edulcorantium.*

℞. *Herb. Lich. petr.*
*Flor. Bell. min. ana* M j.
*Lact. Vaccin. vel*
*Caprill. vel*
*Aſinin.* ℔ ij.

*Ebul-*

*Ebulliant invicem, Colatura Saccharo edulcorata hauriatur calidè pro doſi matutinâ,* pergendo ad multas hebdomadas.

℞. *Olei rec. Olivar. vel*
*Lini, vel*
*Amygd. dulc.* ℥iij.
*Syrup. Violar.* ℥iß.
*M. detur ad V. prodoſi matutinâ.*

℞. *Tereb. vitell. Ovor. ſolut.* ℥ß.
*Syrup. dialth. Fernel.* ℥iß.
*Aqu. Malv.* ℥ij.
*M. detur. ad Vitr. ut aliquot vicibus unâ die capiatur.*

℞. *Rad. Alth. Malv.*
*Liquirit. ana* ℥ß.
*Herb. Lich. petr.* Miij.
*Sem. Aniſ.*
*Fœnic. ana* ʒij.
*Paſſ. major.* ℥j.
*Inciſ. & cont. coqu. in Aqu font. q. ſ. Colatura* ℔iv. *cum Album. Ovor. clariſ. detur ad Vitr.* ut ſing. m. & v. cyathus hauriatur.

℞. *Gelatin. C. C. adhuc calent.* ℥viij.
*Amygd. dulc. rec. exc.* ℥j.
*Miſce in mortario inſtar Emulſionis, Colaturæ expreſſæ addendo*
*Confect. alkerm.* ℥ß.
*Syrup. Cydon.* ℥ij.
*M. detur in Pyxide.* Ut pro lubitu inde cochleare plenum capiatur.

℞. *Syr. Pap. rh.*
*de Liquirit. ana* ℥iß.
*Ol. Amygd. dulc. rec.* ℥j.
*Sperm. cet. rec.* ʒij.
*Spec. diatrag. fr.* ʒj.

(D) 5 *Miſce*

*Miſce f. Linctus, detur ad Pyx.* ut ſæpe cochleare plenum capiatur.

℞. *Mucil. Sem. Cydon.* ℥iß.
*Syr. dialth. Fern.* ℥ij.
*anodyn.* ℥j.
*Miſc. detur ad Vitr. ut cochleatim ſumatur.*

℞. *Rad. Alth.*
*Fol. Lich. petr. ana* ʒij.
*Sem. Cucum.*
*Aniſ. ana* ʒj.
*Flor. ſulphuris* ℈ij.
*Sacch. cand. alb.* ℥iß.
*Miſc. fiat Pulv. ſubt. d. in ſcat.* Ut ſingulis ſex horis duo cuſp. cult. pleni ſumantur.

℞. *Sperm. Ceti rec.* ʒij.
*Sacch. cand. alb.* ℥j.
*Miſc. f. Pulv. ſubt. detur in ſcat.*

***Diluendo edulcorantia.*** §. 6. Tertium ordinem hujus Claſſis occupant ea, quæ principio maximè aqueo gaudent, ejusque virtute meatus Corporis irrigare, lubricare, Humores autem diluere, & ſalſedinem illorum debilitare, adeoque per modum dilutionis ſuam operationem abſolvere ſolent. Hujuſmodi ſunt *Aqua fontana pura*, vel *panata, ferrata, hordeata*; item *Aquæ minerales* diverſi generis, *martiales, vitriolicæ, ſulphureæ, argillaceæ*; *Acidulæ Sualbacenſes, Peters dalenſes, Egranæ, Sultzbacenſes, Mauritianæ*, aliæ; *Thermæ Fabarienſes, Plumbarienſes, Badenſes, Habſpurgenſes, Carolinæ*, &c. Aquæ deſtillatæ quævis ex herbis non aromaticis & non odoriferis, ex. gr. *Aqua Plantag. Agrimon. Scabioſ. Veron.* Cichor. *Tarax. Lactuc. Endiv. Portulac. Nymph. Borrag. Euphraſ. Succiſ.* &c. *Decocta vulneraria, Lignorum, Emulſiones, Julepi, Potiones, Juſcula carnea, Infuſum Thée, Coffée,* *Lac*

*Lac bubulum, caprillum & aſininum, Serum Lactis tamar.* Ex quo apparatu variæ formulæ concinnari poſſunt *Potionum, Emulſionum, Decoctorum, Juleporum*, &c. in *Febribus continuis* & *intermittentibus, Intemperie cholericâ, ſalſa*, & multis affectibus à ſalium prædominio oriundis probatæ.

*Formulæ diluendo edulcorantium.*

℞. *Herb. rec. Cichor. hort.*
*Fragar. ana Mj.*
*Inc. coquantur in Juſculi carnei* ℔j. *colatura expreſſa calidè hauriatur pro doſi matutinâ, quotidie repetendâ.*

℞. *Lact. vaccin. vel*
*Caprill.* ℔ij.
*Pulp. Tamarind. rec.* ℥ß. *vel*
*Crem. Tartari* ʒj.
*Ebulliant invicem uſq; ad Lactis coagulationem, Colatura hauriatur pro doſi mat. quotidie repetendâ, per plures hebdomadas.*

℞. *Rad. Sarſæp. Chin. ana* ʒij.
*Liquir.* ℥ß.
*Sem. Aniſ. Fœnic. ana* ʒiß.
*Paſſul. minor.* ℥iß.
*Raſur. C. C.* ʒiij.
*Inc. & cont. miſc. d. in ch.* Ut exinde manipulus cum Aqu. ℔vj. coquatur pro potu ordinario.

℞. *Rad. Fragar. Cichor. ana* ℥j.
*Herb. Agrimon.*
*Scabioſ. ana Mij.*
*Lign. Saſſaphr. raſp.* ʒvj.
*Paſſ. minor.* ℥j.
*Inc. coqu. in Aqu. font.* ℔viij. *ad quartæ part.*

*con-*

*conſumptionem*, Colatura ſingulis 6. horis ad cyathum ℥iv. adhibeatur.

℞. *Sem.* 4. *frig. maj. ana* ʒij.
*Aqu. Plantag. vel*
*fontan.* ℥viij.
*Fiat l. a. Emulſ. colaturæ adde*
*Jul. roſac.* ℥iß.
*Ol. Cancr. ppt.*
*Matr. perl. ppt. ana* ℈ij.
*Miſ. d. ad Vitr.* pro 4. doſibus, intervallo trihorii capiendis.

℞. *Amygd. dulc. rec. exc.* ℥j.
*Nucl. Pinear.*
*Piſtac. ana* ʒij.
*Aqu. Borrag.* ℔j.
*F. l. a. Emulſ. cui add. Sacch. qu. pl.* ut pro lubitu hauriatur.

℞. *Aqu. Lact. Plant. ana* ℔j.
*Syr. Violar. l. Pap. rh.* ℥iij.
*Spir. Vitr. q. ſ. ad grat. acid.*
*Miſc. f. Julep. detur ad Vitr.* Ut pro lubitu bibatur.

℞. *Aqu. Portul.*
*Endiv. ana* ℥iij.
*Syr. Viol. l.*
*Cap. Ven.* ʒvj.
*Antim. diaph.*
*Corn. C. ph. ppt. ana* ʒß.
*M. detur ad Vitr.* Ut ſæpe cochleatim, vel duabus vicibus m. & v. capiatur.

CAPUT

# CAPUT VI.

## *De Adſtringentibus Remediis.*

§. 1.

ADſtringentia, aliàs etiam *Styptica*, *Stegnotica*, *Indurantia*, *Occludentia*, imò & *Arctantia* appellata, ſunt Remedia, quæ particulis quibuſdam, ſive acidis, ſive auſteris & terreſtribus, laxas nimis vias occludunt, vaſa præternaturaliter aperta & ſanguinem fundentia adducunt, vel tandem fluidos nimium humores incraſſant. *Synonymia.*

§. 2. Unde patet, varios eſſe *Affectus*, in quibus horum Remediorum uſus deſideratur: Quorum *primus* eſt *Laxitas parietum* alicujus Cavitatis, per quam intelligenda venit nimia fibrarum membranacearum mollities, ſive ut alii loquuntur, debilitatus Viſcerum tonus, ita in *Ventriculo* quandoque *Laxitas fibrarum* excitat debilitatem chylificationis, atque *Lienteriam*, blandis adſtringentibus aromaticis emendandam: Sic & Inteſtinalium membranarum Laxitas, & hinc orta *Diarrhœa*, ſimpliciter poſtulat Remedia, fibras nimis laxas adſtringentia. Porrò laxitas renalium tubulorum, fibrarumque Cervicis Veſicæ, indeque oriunda *Diabetes*, vel *Urinæ Incontinentia*, non ſecus atque tubulorum in glandulis ſubcutaneis laxitudo, & ab hâc proveniens *Sudor nimius*, ſimiliter Remedia occludentia, & blandè adſtringentia uſurpanda eſſe indicant; ubi enim tubuli hac ratione laxi exiſtunt, ibi pori non poſſunt non eſſe rari, facilem tranſitum Lymphæ permittentes. *Secundò* vaſorum ſanguiferorum, aut lymphaticorum dilaceratio ac vulneratio, indeque oborta *Hæmorrhagia nimia*, aut Lymphatici humoris exoneratio, ſeu *Synovia* Medicum *Ad quos affectus.*

dicum ad præſcribenda adſtringentia Remedia ſollicitant. Ita *Hæmoptoe, Hæmorrhagia Narium, Menſium* aut *Hæmorrhoidum nimius fluxus*, item *Catarrhi tenues* ad pectus ruentes, ſimilia ordinanda eſſe indicant. *Tertiò* denique *Carnis Luxuries* in *Vulneribus* variis, & hinc ortæ *Fungoſæ Excreſcentiæ*, pariter ac *ſpongioſa laxitudo Gingivarum*, aliarumve partium, indeque oriunda frequens *Hæmorrhagia*, imò quoque *Vacillatio*, aut *Mobilitas dentium* Adſtringentia alcalina in uſum eſſe trahenda præcipit.

*Principia adſtringentium.* §. 3. *Principia*, è quibus *Adſtringentia* conſtant, ſunt varia, vario hinc modo ſuum effectum præſtantia, etenim nonnulla gaudent *particulis auſteris, terreſtribus*, irregulari, plus minus acutâ, figurâ præditis, v. gr. *Gallæ, Malicorium, Corna, Radix Biſtortæ, Tormentillæ, Balauſtia, Pruna Sylveſtria, Alumen, Vitriolum, Terra Catechu*, ſive *Japonica, Cortex Tamariſci*, ejuſque *Extractum* validè admodum adſtringens; Quæ & ſimilia ſeſe inſinuando, intra ſuperficiales poros tubulorum, & membranarum, fibras earum criſpando meatus occludunt, tranſitumque humoribus circulantibus inhibent.

§. 4. Alia conſtant particulis *inſipidis terreis, abſorbentibus*, quæ per accidens, humores v. gr. nimis fluidos & tenues incraſſando, adſtringunt; Qualia ſunt *Unicornu foſſile, Bolus armena, Terra ſigillata, Lemnia, C. C. uſtum, Conchæ pptæ, Teſtacea omnia*, etiam *Crocus martis adſtringens*.

§. 5. Alia particulis *ſalino-acidis*, ſimul & *auſteris*, non ſine miſcelâ particularum terreſtrium ſunt prædita, hæcque valdè admodùm & per ſe, laxas ubicunque fibras ſuâ aſperitate pungendo, criſpandoque ſtringunt; Qualia ſunt *Succi fructuum immaturorum, Tinctura antiphthiſica, Martis adſtringens, Sulph. Vitriol. Succus & Eſſentia Catechu.*

§. 6. Et

§. 6. Et ut ad particularia remedia deveniamus, quæ uſu partim interno, partim externo commendantur, formulas quaſdam nobis uſitatas & familiares deſignabimus:

*Formulæ adſtringentium.*

℞. *Conſerv. Roſ. rubr. vitr.*
*Plantag. ana* ʒvj.
*Conditur. Cydon.*
*Cynoſbat.*
*Nuc. moſch. ana* ʒj.
*Terr. ſigillat.*
*Croc. Mart. adſtring. ana* ℈ij.
*Syrup. myrtin. q. ſ.*

*F. Mixtura ad formam Opiat. Detur ad Oll.* Doſis Nuciſtæ magnitudo ſingulis trihoriis in Diarrhœâ, & Hæmorrhagiis variis. Vel

℞. *Conſerv. Fol. Myrt.*
*Urtic. ana* ℥j.
*Conditur. Cornor.* ʒij.
*Confect. Hyac.* ʒj.
*Nuc. moſch.*
*Lapid. hæmat. ppt.*
*Radic. Torment. ana* ℈ij.
*Syrup. de roſ. ſicc. q. ſ.*

*M. F. Electuar. Detur ad Vitr. Doſis ut ſuprà.* Vel

℞. *Conſerv. flor. tunic.*
*roſ. rubr. ana* ℥ß.
*Condit. nuc. Indic.*
*Theriac. Androm. ana* ʒj.
*Bol. armen.*
*Unic. foſſil. ana* ℈iß.
*Sangu. Drac. ver.* ℈j.
*Syrup. Cydon. q. ſ.*

*F. Mixt.*

*F. Mixt. ad form. opiat. uſurpanda ſicuti prima.*

℞. *Elect. diaſcord. Frac.*
*Conſerv. roſ. rubr. ana* ℥ß.
*Sangu. Drac. ver.*
*Lapid. hæmat. ppt. ana* ℈ß.
*Laud. opiat. gr.* ß.

*M. F. cum Sacch. Bolus d. ad chart.* & pro doſi exhibeatur in variis fluxionibus. Vel

℞. *Theriac. Androm.* ℥j.
*Terr. ſigill.*
*Unic. foſſ. ana* ℈j.

*Miſc. F. cum Sacch. Bolus, pro doſi.*

℞. *Extract. Conſol. maj.*
*Torment. ana* ℥ß.
*Croc. mart. adſtringent.*
*Maſtich. elect.*
*Sanguin. drac. ver. ana* ℈j.
*Laud. opiat. gr.* iij.
*Ol. ſtill. Nuc. moſch. q. ſ.*

*M. F. Pilulæ num.* Lxiv. *de aur. d. ad ſcatul.* Doſ. m. ac veſp. num. 8. Cum Emulſion. Amygd. vel Aqu. Plantag. in Diarr. Dyſenter. &c. Vel

℞. *Extract. Cort. Tamar.*
*Abſynth. ana* ℈ij.
*Unicorn. foſſil.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Nuc. moſch. ana* ℥ß.
*Lap. hæm. ppt.* ℈j.
*Ol. deſtill. Mac. q. ſ.*

*M. F. l. a. Pilulæ num. centum, Inaur. d. ad ſcatul.* Doſis num. x. in affectibus ſupra dictis.

℞. *Extract. Conſol. maj.*
*Cort. tamar.*
*Cent. min.*

*Theriac.*

*Theriac. cœleſt. ana gr.* v.

*Cum Ol. ſtillat. Mac. f. l. a. Pilulæ num.* x. *Inaurat. d. ad ſcatul.* Sumantur noctu pro doſi in Diarrh. vel Hæmorrhag.

℞. *Tinct. Cortic. Tamar.*
*Catechu. ana* ʒij.

*M. d. ad Vitr.* Doſ. 8. vel 10. gutt. m. ac veſperi cum *Emulſ. Amygd.* Vel

℞. *Aqu. Polygon.*
*Urtic.*
*Burſ. paſtor.*
*Equiſet.*
*Syrup. de roſ. ſicc.*
*Myrtin. ana* ℥j.
*Confect. Hyac.* ʒj.
*Unicorn. foſſ.*
*Lapid. hæm. ppt. ana* ℈ij.

*M. d. ad Vitr.* Sumatur per cochlearia. Vel

℞. *Aqu. Plantag.*
*Borrag. ana* ℥iß.
*Syrup. Corall.*
*Cydon. ana* ʒvj.
*Confect. Alk.* ʒj.
*Corall. rubr. ppt.*
*Sangu. Drac. ver. ana* ʒß.
*Eſſent. Gram. Parnaſſ.*
*Cort. tamar. ana* ℈ij.
*Julep. roſ.* ʒiij.

*M. detur ad Vitr.* Uſurpetur cochleatim in fluxionibus.

℞. *Vitriol. Mart.*
*Alum. crud.*
*Sacchar. Saturni ana part. æq.*

*M. F. pulvis, cui affunde*
*Liquoris Terræ foliat. Tart.*

*Aceti fortiſſ. ana part. æq. ſtent in digeſtione per aliquot dies, poſtea filtrentur.* Doſis gutt. x. ad xxx.

℞. *Terræ Japonic. ſ. Catechu.* ℥ij.
*Spir. Vini dephlegmat.* ℔j.

*Stent per aliquot dies in digeſtione, in Vitro hermeticè clauſo, donec totum ſolutum ſit. Poſtea Tincturam decantatam filtra, ac uſui aſſerva.* Doſis à gtt. xv. ad xxx. in Hæmorrhagiis, Dyſenteriis, Diarrhœis, Fluxu albo Mulierum, remedium eſt excellens, imò & pro memoriâ confortandâ præſtantiſſimum.

℞. *Sacchar. Saturn.*
*Vitr. alb. ana* ʒij.
*Aceti deſtillat.*
*Vin. ana* ℥ij.

*Miſce citra pulveriſationem, & ſtent per ſe ſine digeſtione, in vitro clauſo, donec Tinctura ex voto ſit educta, eaq; coloris eleganter rubicundi, atque ſaporis dulcis.* Doſis à gtt. x. ad xx. in Hæmoptyſi, Hæmorrhagiâ quâcunque, Menſium nimio Fluxu, ſudore immodico, Diabete & Pollutione Nocturnâ.

℞. *Radic. Tormentill.*
*Biſtort.*
*Sang. Dracon. ver.*
*Lap. Hæmatit. ppt.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Bol. armen. ppt.*
*Trageæ granor. Actes ana* ʒij.
*Sacch. penid.* ℥j.
*Nuc. moſchat.* ʒiß.

*M. F. Pulv. ſubt.* Doſis à ℈j. ad ʒij. in Dyſenteriâ, Hypercatharſi, ſive Superpurgatione, Menſibus immodicis, Cholerâ, Vomitu, Lienteriâ, &c. Vel

℞. *Rad.*

℞. *Rad. Torment.*
*Biſtort. ana* ℥ß.
*Flor. Roſar. rubr.*
*Balauſtior. ana* ʒiß.
*Semin. Plantag.*
*Acetoſ.*
*Aquileg.*
*Hyperic. ana* ʒj.
*C. C. uſt. ppt.*
*Ebor. uſt.*
*Unicornu foſſil. ana* ʒij.
*Corall. rubr. ppt.* ʒiß.
*Sacchar. alb.* ℥ij. *vel* iij.

*M. F. Pulv. ſubtiliſſ.* cujus doſis à ʒß. ad ʒj. in variis Fluxibus ſupra jam nominatis. Vel

℞. *Spong. Cynoſb.* ℥ij.
*Lap. Hæmat. ppt.* ℥j.
*Sang. Drac. ver.* ℥ß.

*M. F. Pulv. detur ad ſcat.* Doſis ℈j ad ʒj. in uſculo vel alio vehiculo convenienti, in Hæmorrhagiis qualibuſcunq; remedium præſtantiſſimum.

℞. *Ranar. vivar.*
*Stercor. ſuill.*
*Pilei antiq. ana q. v.*

*Combure invicem in pulverem,* cui addi poteſt adhuc *Bolus armena, Crocus martis adſtringens, Alumen,* &c. Optimus eſt hic pulvis externè uſurpandus in Hæmorrhagiis Vulnerum ſiſtendis, non ſecus ac Ulceribus probè extergendis. Vel

℞. *Bol. Armen. ppt.*
*Pilor. Leporin. tenuiſſ. inciſ.*
*Farinæ volat.*
*Muſci arbor. ana* ℥j.
*Vitriol. calc.* ℥ß.

*M. f. Pulv. ſubt. externè uſurpandus.*

# CAPUT VII.

## *De Incraſſantibus.*

§. 1.

*Definitio.* MEdicamenta *Incraſſantia* latè ſumpta *adſtringentibus* connumerantur, ſed ſtrictiùs ſumpta ab illis diſtinguuntur duplici ratione, tùm quòd leviore gradu efficaciæ operentur, tùm quòd ſolùm Humores peccantes, adſtringentia autem & liquidas & ſolidas partes juxta reſpicere concipiantur. Proinde hîc *Incraſſantia* ſtrictè dicuntur, quæ particulis terreſtribus & craſſis inſtructa, humorum tenuitatem moderatè inviſcare valent, & quidem *per ſe* effectum ejuſmodi præſtando, unde rurſus differunt ab iis, quæ *per accidens incraſſant*, ſuperfluam nimirum humiditatem abſumendo & exhalando, aut etiam per quaſcunque ſecretionum vias copioſè depellendo.

*Quibus dicentur affectibus?* §. 2 *Incraſſantia Remedia* dicantur Humoribus vitioſis & præternaturaliter fluxilibus, tenuibus, mollibuſque; nec non particulis eorundem nimis acribus, quos quidem humores vel abſorbendo edulcorare, vel inviſcando, poroſque eorum opplendo, incraſſare valent. Atque hinc Remedia talia in variis Affectibus neceſſaria ſunt, velut in *Hæmoptoe, Catarrho pectorali, Hæmorrhagiis quibuſcunq;, Diarrhœis, Diabete, nimio Sudore, Synoviâ Vulnerum* nervorum, item in *Eroſionibus internorum viſcerum & membranarum*, non ſecus atque *partium externarum.*

*Principia incraſſantium.* §. 3. Incraſſantia Medicamenta variæ ſunt texturæ; nonnulla enim conſtant particulis *aqueis & mucilaginoſis*, in receſſu ſubindè volatilibus, prout ſunt *Albumen Ovi*, *Semen Cydoniorum & Pſyllii*,

*Gummi*

*Gummi Tragacanthum, Arabicum, Gelatina* C.C. vel alia quævis, *Radices Conſolidæ majoris, Althææ, Malvæ, Herba Telephii, Folia Indicæ Ficûs,* &c. Alia verò conſtant particulis *lentis, craſſis, terreſtribus,* ſale volatili deſtitutis, quemadmodum habemus *Terram Lemniam,* aut *ſigillatam* quamvis, *Bolum Armenam, Lapidem Hæmatitem, Cretacea, Teſtaceaq́;* omnia, ut & *Calces Metallorum,* pulveresque è *Marte ppt.* Denique alia turgent *particulis oleoſis craſſiuſculis,* veluti *Lac,* inprimis *chalybeatum, Semina quatuor frigida majora, Nuclei Perſicorum* & *Amygdalarum,* indeque paratæ *Emulſiones.*

§. 4. Tandem & *Narcotica, Sulphure craſſo* pollentia, *Incraſſantium* numero accenſentur, prout ſunt *Opiata,* quæque ex *Papaveribus* parantur, *Syrupus* nimirum *anodynus, Papaveris rheados, Diacodium Montani, Requies Nicolai, Laudanum opiatum, Pilulæ ex ſtyrace,* de *Cynogloſſâ, Theriaca* & *Extractum theriacæ,* ſive *Theriaca cœleſtis, Diaſcordium Fracaſtorii, Philonium Romanum, Electuarium Ovietanum,* &c.

## *Formulæ incraſſantium.*

℞. *Bol. armen.*
*Unicorn. foſſil.*
*Corall. alb. ppt. ana* ℥ij.
*Sacch. cand. alb.* ℥iß.
*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcat.* Doſis ʒß. vel ℈ij. mane ac veſperi. Vel

℞. *Terr. ſigillat.*
*C. C. uſt. ana* ℥ij.
*Croc. Martis adſtr.* ʒj.
*Sacch. roſ. tab.* ℥ij.
*M. f. Pulv. Doſis ut ſuprà.* Vel

℞. *Corall. rubr. ppt.*
*Lapid. hæm. ppt.*

*Matr. perl. ppt.*
*Terr. Lemn. ana* ℥iß.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℥j.
*Rotul. Berb.* ℥iiß.
*Laud. opiat. gr.* iv.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat.* Doſis ut ſuprà.

℞. *Conſerv. Roſ. rubr.*
*Plantag.*
*Flor. Aur. ana* ℥ß.
*Condit. Nuc. moſch.* ℥j.
*Confect. Hyac.* ℈ij.
*Unicorn. foſſil.*
*Diaph. Martial.*
*Bol. arm. ana* ℥ß.
*Syrup. Cydon. q. ſ.*
*F. Mixtura ad form. opiatæ.* Doſis ſubinde Nuciſtæ magnitudo.

℞. *Extract. Conſol.* ℥j.
*Terr. ſigill.*
*Matr. perl. ppt.*
*Corall. rubr. ppt. ana* ℈ij.
*Succin. alb. ppt.* ℥ß.
*Ol. ſtill. Mac. q. ſ.*
*M. f. Pilul. num. centum, conſperſ. pulv. Bol. arm. detur ad ſcat. Doſis* 10.

℞. *Extract. Cort. tamar.* ℈j.
*Maſtich. elect.* ℥j.
*Theriac. cœleſt.* ℈ß.
*Diaph. Martial.*
*Bol. armen. ana* ℈ij.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℥ß.
*Cum Ol. ſtill. Succin. f. l. a. Pilul. no. centum, deaur. d. ad ſcat.* Doſis 10. mane ac veſperi.

℞. *Amygd. dulc. rec. exc.* ℥ij.
*Sem. Cucum.*

*Cucurb.*

*Cucurb. ana* ℥ß.
*Aqu.* *Chalybeat.* ℔j.
*Plantag.* ℥vj.
*Burſ. paſt.* ℥iv.
*F. l. a.* *Emulſio cui adde*
*Rot. man. chriſt. ſimpl.* ℥j.
*D. ad Vitr.* Doſis ſingulis trihoriis ℥ij.

# CAPUT VIII.

## *De Repellentibus.*

§. 1.

REpellentia Remedia, vel ſolâ vi vocis, ea dici poſſunt medicamenta, quæ humorem in aliquâ parte ſtagnare incipientem impediunt aut cohibent, ſicque tumorem fortè oriturum à parte affectâ arcent. Dicuntur etiam ab aliis *Repercutientia*, *Repercuſtica*, *Reprimentia*, aut *Defenſiva* magnamque affinitatem obtinent cum *Incraſſantibus* & *Adſtringentibus*. *Definitio.*

§. 2. Remedia hæcce, ſi uſum ſpectemus, externè tantùm uſurpari ſolent, neque adeo frequenter, quoniam non ubique repellere, ſanguinisque circulum cohibere licet, ſi verò ad modum agendi attendatur, protinus dicendum eſt, non humorem, qui influxit, juxta quorundam Veterum ſententiam, repercuti, ſed potiùs qui influere, & nimiâ copiâ in aliquam partem irruere, inibique ſtagnare tentat, atque ſanguinem nimis rarefactum nonnihil incraſſari, poros coarctari, glandulas ſubcutaneas conſtringi, fibrasque corrugari ac firmari, ſicque impediri, quò minus in parte humor qualiſcunque colligi queat. *Uſus.*

(E) 4 §. 3. Prin-

*Principia repellentium.* §. 3. Principia materialia, è quibus *Repellentia* talia conſtant, partim ſunt particulæ *terreſtres, craſſæ & auſteræ*, irregulari ſua figurâ conſtringendi & coagulandi vim habentes, quemadmodum in Tabulâ *Adſtringentium* habentur pulveres abſorbentes, exſiccantes & adſtringentes, partim conſtant *particulis aqueis, mucilaginoſis, & actu frigidis*, aut etiam *oleoſis*, prout eſt *Aqua frigida*, aliive liquores gelidi, *Semina* item ac *Radices mucilaginoſæ, Acetum*, nec non *Olea refrigerantia*, Sale alcali plantarum inprægnata, v. gr. *Oleum Roſarum, Liliorum alborum, Violarum.* Quibus etiam accedunt *acida, acerba*, prout ſunt *Spiritus acidi, Succi* item *plantarum & fructuum auſteri*, actuque frigidi.

*Modus utendi.* §. 4. Si de utendi modo quæſtio incidat, reſpondendum venit, non ſine cautelâ magnâ ad hæc remedia eſſe deveniendum. Locum habent equidem in *Contuſionibus recentibus*, ubi tumor adhuc nullus adeſt, quoniam frigidis his externè applicatis, affluxus humoris ac tumor, vel etiam ſuggillatio impeditur; Præterea conducunt in *Hæmorrhagiis* qualibuſcunque, ſi abſit inflammatio. Verùm damnamus prorſus hæc remedia in *Inflammationibus, Gangrænâ, Eryſipelate, Tumoribus & Stagnationibus* jam factis, ubi beneficio horum Repellentium non niſi major ſtagnatio efficitur, humorque in partem affectam fortius & tenacius impingitur.

## *Formulæ Repellentium.*

℞. *Album. Ovor. num.* j.

*Teratur cum fruſto Aluminis in vaſe ſtanneo, affundendo Aquam Roſarum, & addendo Croci pauxillum, ex maſſâ hinc albâ ſpumeſcente fiat epithema.*

℞. *Herb. Burſ. Paſt. M* j.

*Contuſ. add. Albumen Ovi unius,*

*Aceti*

*Aceti roſac.* ℥ß.
*Miſce pro frontali.*
℞. *Nucl. Perſicor.* ℥ß.
*Sem. Pap. alb.* ʒij.
*Aqu. Sperm. Ran.*
*Plant. ana* ℥iij.
*F. Emulſ. cui add.*
*Nitr. depur.* ʒij.
*M. detur ad Vitr. pro epithem.*
℞. *Pulv. Styptici* ℥j.
*Inſpergatur ſtupæ cannabinæ,* vel *Crepitui Lupi, Albumine Ovorum prius obducto, & applicetur Vulneribus nimium cruentantibus.*
℞. *Aceti comm. vel*
*roſac.* ℥iv.
*F. exinde cum linteo & ſpongiâ epithemata.*

---

## CAPUT IX.

### *De Sinapiſmis & Veſicatoriis.*

§. 1.

*An dentur attrahentia?*

PLerique Authores *Sinapiſmis* & *Veſicantibus* præponunt Remedia dicta *Attrahentia*, quibus ſibi imaginantur humores ad partem aliquam debitos & utiles attrahi, ſicque *Atrophiæ, Ariduræ*, & *Paralyſi*, imò & incipienti *Sphacelo* medelam afferri poſſe. Quòd ſi autem rem accuratius perpendamus, & ſimul in animum revocemus, tractionem in Naturâ vix ullam dari, protinus & Attrahentium vocabulum exauctorandum cenſebimus, utpote cùm omnia Remedia hacce Tabulâ contenta potius ſint ſummè Reſolventia, Diſcutientia ac Volatiliſantia, vel etiam Emollientia, ſtrictosque aut aridos tubulos Laxantia.

*Quâ de cauſâ Humores ad partem aliquam fluant?*

§. 2. Quòd ſi verò contingat, humores ad partem aliquam pro intentione Medici fluere, id unicè vel tubulorum quorundam eroſioni, in quâ Lympha propter motum ſuum circularem impeditum extravaſatur; vel pulſioni & conſtrictioni in Cucurbitularum applicatione, vel ſuctioni per Hirudines applicatas adſcribendum venit. Quam ob rem major eſt habenda ratio Sinapiſmorum, Veſicantium, Hirudinum & ſimilium, de quibus ſigillatim aliqua notabimus.

*Definitio & Synonymia.*

§. 3. Itaque *Sinapiſmi*, *Phœnigmi*, *Rubefacientia* dicuntur talia Medicamenta, quæ particulis quibuſdam cauſticis & corroſivis, externæ, cui applicatæ ſunt, Cuti ruborem & leviculam Inflammationem inducunt; Vocantur hinc *Phœnigmi* & *Rubefacientia* à rubore inducto; *Sinapiſmi* verò à *Sinapios* ſemine, quod ſubinde baſin ejuſmodi remedii facit. Quandoque *Dropax* aut *Picatio* audit, propter picem, ceu rem glutinoſiſſimam admixtam.

*Diſcrimen inter Rubefacientia & Veſicantia.*

§. 4. Variant autem hæc remedia, quatenus nunc majorem, nunc minorem & leviorem inducunt ruborem, imò & *Veſicatoria* atque *Cauſtica*, non niſi gradualiter ab ipſis *Rubefacientibus* differunt, ita quidem ut *Picatio* ſive *Dropax* pro primo gradu, *Sinapiſmus* pro ſecundo, *Veſicatorium* pro tertio, tandem *Cauſticum* vel Καθαιρετικὸν pro quarto gradu in hoc remediorum genere conſtituendum ſit. Quòd ſi tamen *Cauſtica* in minori quantitate adhibeantur, tum ſubinde nonniſi Veſiculas excitant, ſi Veſicatoria mitiori quantitate applicentur, non Veſicas, ſed ſolùm ruborem inducunt.

*Uſus Rub.*

§. 5. Quod ergo jam *Rubefacientia* ſpecialius attinet, non in veteri tantùm, ſed & hodiernâ Medicinâ frequens eorum uſus exiſtit, variis in morbis,

bis, & quidem non niſi ad Lympham alicubi ſtagnantem, doloremque excitantem, reſolvendam & diſcutiendam, vel ſaltem ita incidendam, ut non amplius in partibus affectis ſtagnet: Quale quid ſi contingit, facilè etiam quicquid alicubi hæſit & ſtagnavit, ſenſim in particulas ſubtiliores reſolutum abſcedit; hinc ergo Remedia ejuſmodi pro *Dentium*, *Oculorum*, *Capitis dolore*, temporibus, nuchæ, imò etiam bregmati, ſubinde non ſine ſucceſſu applicantur. In doloribus verò aliarum partium, & muſculorum inprimis, affectis quoque Locis apponuntur.

§. 6. *Materia Rubefacientium* diverſa quidem eſt, ſed talis tamen, ut conſtet particularum volatilium acrimoniâ ſalino-aromaticâ, quâ facilè penetrare in profundum queant, ſtagnantesque ibi humores reſolvere, atque ad priſtinam fluiditatem reducere; dum interea in cute extremâ fibrillas tubulorum capillarium ſanguiferorum ſuâ acredine irritant, & leniter ſic adducendo ſanguineas plures vel ſubſiſtere, vel tardius progredi faciunt, ac eapropter partis ruborem inducunt. Referimus ergo in hanc Claſſem *Radices Cyperi*, *Galangæ*, *Zingiberis*, *Pyrethri*, *Aronis*, *Imperatoriæ*, *Hellebori*, *Herbas Flammulæ Jovis*, *Pulſatillæ*, *Ranunculorum*, *Semina Sinapi*, *Erucæ*, *Naſturtii*, *Cochleariæ*, *Fermentum acre*, *Acetum forte*, *Gummi Elemi*, *Sagapeni*, *Picem*, &c. *Materia Rubef.*

§. 7. Forma autem, quâ adhibentur, vel *Cataplaſmatis* eſt, vel *Sacculorum*, vel *Emplaſtrorum*, prout ſequentia exempla uſitata teſtari poſſunt: *Formulæ.*

## *Formulæ Rubefacientium.*

℞. *Ferment. acerrim.* ℥ij.
*Radic. Allii rec. num.* j.
*Semin. Sinapi.* ℥j.

*Inciſa*

*Inciſa & contuſa M. invicem in formâ Cataplaſmatis,* quod in Cephalalgiâ nuchæ, vel utrique plantæ pedis applicari poteſt.

℞. *Semin. Eruc.*
*Sinap. ana* ʒij.
*Cantharid.* ʒß.
*Contunde invicem probè & adde*
*Herb. Rutæ hortenſ.*
*Majoran.*
*Perſicar. ana M*j.

*Et inde fac Cataplaſmata duo, aceti guttulis aſpergenda, hincq; calidiuſculé plantis pedum applicanda,* in Phrenitide, Cephalalgiâ, Ophthalmiâ, aut Odontalgiâ, &c. Vel

℞. *Herb. Perſicar.*
*Piperit. vel Lepidii ana M*j.
*Radic. Raphan. ruſtic.* ʒij.
*Cepar.* ʒiij. *vel* ℥ß.

*Inciſa & contuſa tenuiter adſpergantur Aceti acris calidi cochleari uno aut altero, & redacta in duo Cataplaſmata applicentur plantis pedum* in Affectibus ſuperius citatis.

℞. *Herb. Cereſol.*
*Cochlear.*
*Rutæ hort.*
*Raphan. ruſtic. ana M*j.
*Inciſis & contuſis probè permiſce*
*Ferment. acris* ℥ß.
*Semin. Sinap. pulver.* ʒiij.
*Salis commun.* ʒij.

*Fiant Cataplaſmata ſuperiori modo applicanda.* Vel

℞. *Semin. Sinap.* ʒij.
*Ammios* ʒj.
*Canthar.* ʒß.

*M. F.*

*M. F. Pulv. ſubigend. cum Cer. atque Tereb. ana q. ſ. ac Fiant Emplaſtra thaleri magnitudine, retrò aures, vel temporibus applicanda.* Vel

℞. *Gumm. Tacamahac.*
*Maſtich.*
*Myrrh. ana* ℥ij.
*Semin. Sinap.*
*Radic. Pyrethr. ana* ʒj.
*Euphorb.* ʒß.
*Terebinth. & Cer. ana q. ſ.*

*M. F. l. a. Emplaſtrum,* quod linteo ſuperinductum applicari poteſt, thaleri aut majori magnitudine carpis manuum, femoribus, aut ſuris pedum, in *Rheumatiſmo, Doloribus Iſchiadicis,* aut *Doloribus lymphaticis muſculorum,* vel etiam inde Emplaſtra contra *Dolores dentium* temporibus applicanda fieri poſſunt.

℞. *Folior. Lepidii,*
*Raphan. ruſtic.*
*Pulſatill.*
*Flammul. Jovis ana Mß.*
*Semin. Sinap.* ℥ß.
*Radic. Imperator.*
*Galang. ana* ℥ij.

*Inciſa & contuſa tenuiter inſuantur Sacculis, nuchæ vel plantis pedum applicandis.*

§. 8. *Veſicatoria* ſive *Veſicantia* remedia, veſicam nunc unam majorem, nunc plures minores, in partibus, quibus applicantur, cutaneis ſuâ acrimoniâ excitant, atque ichoroſum vel ſeroſum flavidiuſculum humorem proliciunt. Materia horum Veſicantium eadem eſſe ſolet cum materiâ Rubefacientium; ſed ſi puſtulas producere debeat, majori doſi præſcribatur, & applicetur oportet. Variis autem in Affectibus Veſicatoriorum uſus eſt *Veſicatoria*

pro-

proficuus, v. gr. in *Cephalalgiâ* bregmati & nuchæ applicata; in *Ophthalmiâ* nuchæ; in *Odontalgiâ* nuchæ & ponè aures; in *Apoplexiâ*, *Paralyſi*, aliisque *Affectibus ſoporoſis*, nuchæ, brachiis ac pedibus, in *Dolore Iſchiadico* femori, in *Bubonibus peſtilentialibus*, aut *Morſu animalium venenatorum*, ipſis partibus affectis admovenda. Quæſtio heic incidit, *utrum in Febribus malignis Veſicatoriorum quoque uſus concedendus ſit*? Neque enim nos latet, quantopere inter ſe diſceptârint, Medici tam prioris, quàm hodierni ſeculi, aliis Veſicatoriorum uſum maximè noxium, aliis verò apprimè utilem ſtatuentibus. Nos heic cum diſtinctione reſpondendum eſſe arbitramur; Quando enim ægri hoc malo laborantes valdè delirant, quando ſomnolenti exiſtunt, quando ſudoribus non ſufficientibus prehenduntur, Veſicatoria non ſine fructu applicari poſſe, multiplici hactenus experientiâ didicimus; quoniam frequenter, poſt bonam Remediorum talium operationem, ad ſaniorem ægri redire ſolent mentem: Ubi verò intenſiſſimus æſtus, ubi Convulſiones, vel jam adſunt, vel in procinctu exiſtunt, ubi etiam præſens eſt ardor Urinæ, cum vigiliis continuis, tum à Veſicatoriis tutius abſtineri credimus.

*Eorum materia.* §. 9. Præcipuum Veſicantium ingrediens ſunt *Cantharides*, particulis admodum volatilibus, acido acribus, & reſpectu corporis humani corroſivis, gaudentes, quales particulæ acriores in capite, alis & pedibus, quàm in trunco exiſtere creduntur, ut adeo ab omni tempore externo uſu inutilis talium partium ſelectus inſtitutus fuerit, quin totum inſecti hujus corpuſculum, nunc majori, nunc minori doſi, ad Emplaſtra ſumi poterit, ordinaria verò doſis pro uno Veſicatorio vix drachmam dimidiam, aut integram excedere debet. Et quidem

dem partim ſub formâ *Emplaſtri*, cum *Cerâ, Myrrhâ*, ac *Terebinthinâ*, atque *Semine Sinapi*, *Cantharidum pulvis* permiſcetur: nunc idem in formam Cataplaſmatis cum *Theriacâ*, *Mithridatio* aut *Melle* redigitur, nunc etiam cum *Fermento*, ac *Rad. Raphani ruſticani* ℥j. in paſtam formatur. Omnium tamen commodiſſimam formam credimus eſſe Emplaſtrum, hinc in officinis extat *Emplaſtrum Norimbergenſe Veſicatorium*, quod ſi recens concinnatum ſit, craſſius ſuper alutam extenſum applicetur; ſi verò jam de ſuis viribus nonnihil perdiderit, tum adhuc ℈j. *pulveris Cantharidum* cum tanrillo *Spiritûs vini* eidem ſubigatur, antequam parti admoveatur. Veſicatorium pro in tentione Medici, nunc magnitudine imperialis dimidii, aut integri, nunc etiam majori applicatur, imò ſubinde in *Iſchiadico Dolore*, magnitudine volæ manûs, femori externo alligatur.

§. 10. Quòd attinet effectum, in aliis ille citius, in aliis tardius apparere conſuevit; tempus verò illorum operationi circiter determinari ſolet ab horis vj. ad horas xij. Si cutis eſt dura & aſpera, atque ſtrigoſa, veſicæ longè tardius excitantur, quàm in cute molli, delicatâ & laxâ. Plerumque autem ad applicandum tale remedium ſolemus eligere tempus matutinum, quoniam noctu propter dolorem quem excitat urentem, ſomnum plerumque turbare ſolet. Nonnunquam unica veſica, eaque major ab hoc remedio ſuſcitatur, aliquando plures ac minores inde puſtulæ producuntur. Excitata autem ſic veſica unica, aut multiplex forfice eſt diſcindenda, hinc ſtatim *folium Braſſicæ crudæ*, aut *Betæ*, aut *Tuſſilaginis*, aut *Calthæ paluſtris*, *Butyro* vel *Oleo* illitum imponi ſolet, atque mane & veſpere renovari, ſicque continuari, donec poſt ſufficientem *Virtus.*

cientem

cientem ichoroſi humoris effluxum, exulcerata cutis cicatrice obduci incipiat, quo tempore *Emplaſtrum album coctum*, aut *diapalma* diligenter applicatum, ulteriorem ſanationem & curationem omnem abſolvit.

§. 11. Quemadmodum autem inſignem hæc remedia utilitatem variis in Affectibus præſtant, ita ſine ratione in aliis uſurpata manifeſtam inferunt noxam, etenim *Oedematoſi Tumores*, inprimis *Hydropicorum*, *Inflammationes* partium externarum, *Dolor ſpinæ dorſi*, atque *Arthritis* Veſicatoria ac Rubefacientia talia medicamina planè reſpuunt, ſi Experientiæ dictamen conſulamus.

## *Formulæ Veſicantium.*

℞. *Cantharid. pulv.* ℥j.
*Ceræ & Terebinth. ana q. ſ.*

*Miſc. f. Emplaſtrum veſicatorium, cujus* ℥ß. *alutæ inducta magnitudine thaleri circiter, cuti prius aceto fricatæ applicetur.* Vel

℞. *Cantharid. pulv.* ʒj.
*Euphorb.*
*Sem. Sinap. ana* ℈ß.
*Cer.* & *Tereb. ana q. ſ.*

*M. F. Empl. alutæ inducendum magnitud. thaleri & imponendum ut ſupra.*

Vel ℞. *Empl. veſicat. off.* ʒvj.

*Inducatur alutæ, & fiat Veſicatorium, temporibus, vel nuchæ, aut vertici capitis raſo applicandum.*

℞. *Canthar. pulv.* ʒij.

*Subigantur cum Fermento panis acri & aceto, vel cum Melle, in maſſam veſicatoriam, cuti applicandam.*

CAPUT

# CAPUT X.

## *De Cauſticis, Cathæreticis, & Pſylotris.*

§. 1.

CAuſtica remedia ſive *Pyrotica* ea dicuntur, quæ partes quibus applicantur adurunt; *Cauteria actualia* aliàs quoque vocantur, qualia vel ex *Ferro ignito*, vel ex *Moxâ*, vel ex aliâ urente materiâ parantur. *Definitio cauſticorum.*

§. 2. Varii autem ſunt Affectus, in quibus *Cauteria* talia magni uſus exiſtunt, ita in *Iſchiadico dolore* pertinaciori Medici Practici uſurpant *Ferrum ignitum*, cujus lata admodum ſuperficies ad Iſchium, quàm proximè Æger ferre poterit, ſæpiùs applicari ſolet, donec pituita viſcida intra tendines muſculorum, aut in ipſâ juncturâ profundiùs latitans, efficaci ignis virtute reſoluta & diſcuſſa ſit. Pariter & in *Epilepſiâ, Apoplexiâ*, ferrum ignitum bregmati Capitis raſo quandoque cum fructu proprius applicatur. Sic & *Verrucæ*, aliæque *Cutis Calloſitates* ſtylo ferreo, aliove ardente, aut etiam *Moxâ*, ſulphureque inuſto abſumuntur. *Caries oſſium* ſubinde omnium optimè ferri candentis ope exuritur & ſeparatur. Quod ſi membrum aliquod ſit reſciſſum, aut *Cancer* ſive Mammarum, ſive alius partis cultro ablatus; vel etiam quando ex inopinato quodam caſu Arteria aliqua vulnerata ruptaque fuerit, tum ad ſiſtendas hinc natas Hæmorrhagias tutò ſæpiùs candente ferro illa aduritur. Quantum verò laudis meruerit *Moxa* illa, in *Arthritide* articulis dolentibus, in *Odontalgiâ* cavis & carioſis dentibus, in *Cephalalgiâ* loco dolenti inuſta, apud Auctores legere eſt. Neque adeo infrequenter, cum felici ſucceſſu in Dolore Dentis *Quibus affectibus deſtinentur?*

 carioſi,

carioſi, hic ſtylis argenteis aut, ferreis ignitis exuritur, aut etiam Auris lobus ardente ferro inuritur, ut inde defluxiones ad dentes præcaveantur.

*Cathæretica.*

§. 3. *Cathæretica* ſive *Corroſiva* remedia ſunt ea, quæ acrium plus minus acutarum particularum ope, partes corporis quaſcunque corrodunt, exedunt, & vitali ſpiritu privant. Plura autem in cenſum horum remediorum hactenus venerunt, quæ ſub nominum ſuorum diverſitate, non niſi vario operationis gradu inter ſe differre obſervata fuerunt, quatenus particulas nunc plus nunc minus acutas, aut ſcindentes impetraverunt. Nonnulli quoque *Cauteria potentialia* generali nomine comprehenderunt vel appellarunt, Verùm inter ea primùm occurrunt *Exedentia*, quæ omnium mitiſſima ſunt, atque *ſalium* ſuorum, vel *ſimplicium*, vel *ſulphureorum* non adeo acrium, ac plus minus terreſtrium ope, quicquid in Ulceribus tam mollium, quàm durarum partium corroſivi & putrefacientis humoris hæret, detergendo abſumunt, ſicque Naturam in curatione juvant. Atque hæc à Peritioribus Chirurgis non ſine ratione deſtinantur *Fiſtulis*, *Ulceribus ſinuoſis*, *Carni Vulnerum aut Ulcerum luxurianti*, ſive *Hyperſarcoſi*, *Excreſcentiis* itidem aliis, veluti *Polypo*, *Fungis*, è vulneribus Cranii ſubinde emergentibus, *Clavis pedum*, *Verrucis*, & id genus.

*Materia eorum.*

§. 4. Materia horum *Exedentium* alcalinæ ulplurimum naturæ exiſtit, & quandoque etiam de ſale volatili oleoſo participat, v. gr. *Radices Ariſtolochiæ rot. Imperatoriæ*, *Calami aromatici*, hincque *deſtillata Olea*, *Plumbum uſtum ac lotum*, *Os ſepiæ*, *Ceruſſa*, *Conchæ calcinatæ*, *Sabina*, *Pulvis Cinerum Tabaci*, vel *Cinerum Bufonum*, *Aes uſtum*, *Alumen uſtum*, *Oleum deſt. C. C. Oleum Tartari fœtidum*. Quò etiam referri poſſunt *Vitriolum album*, ac *Mercurius*

*curius præcipitatus albus, ruberve*, ſed minori doſi applicata; imò *Magiſterium Saturni*, *Tutia*, *Lapis calaminaris*, *Mercurius dulcis*, *Lac Virginis*, *Liquor Lithargyrii*, *Oleum Tartari per deliquium*, *Aqua calcis vivæ*, ſive *ſimplex*, ſive *phagædenica noſtra* inter mitiora Cathæretica cenſenda veniunt, variis in *Affectibus cutaneis*, etiam non ulceroſis, apprimè utilia, ex quibus ſubinde etiam *Coſmetica* remedia ſatis efficacia concinnantur.

§. 5. *Eſcharotica* ſive *Incruſtantia* remedia propriè dicta, vel quomodocunque illa appellare velimus, ſunt remedia cauſtica, particulis, ſive alcalinis, ſive acidis, ſummè acribus, pungentibus aut ſcindentibus prædita, quæ extus applicata cutim carnemque ſubſtratam erodunt, exulcerant, atque hinc eſcharam ſive cruſtam inducunt. *Eſcharotica.*

§. 6. Duplicis generis medicamenta hæc ſunt, alia quidem acida, quæ ſale corroſivo acido turgent, prout exiſtunt *Butyrum Antimonii*, *Mercurius præcip. Aqua fortis*, vel alii *Spiritus minerales acidi*, *Lapis* itidem *infernalis*, *Oleum vitrioli*, & id genus: Alia ſunt Naturæ *alcalinæ*, prædita ſale acri alcalino corrodente, v. gr. *Lapis corroſivus vulgaris*, qui nihil aliud eſt, quàm Sal fixum è lixivio ſaponariorum per humoris abſtractionem excoctum, *Lapis* itidem *medicamentoſus* ſive *Crollii*, ſive alius, *Sal volatile Bufonum*, vel *Millepedum*, aut aliorum Inſectorum, *Alumen uſtum*, *Vitriolum. uſtum*, *Æs uſtum*, ut & *Pyrapyrum*, ſive *Cauterium indolens* noſtræ deſcriptionis, verb. grat. *Duplicis generis.*

℞. *Calc. viv. part.* ij. *ſive* ℥ij.
*Minii* ℥j.
*Sapon. nigr. q. ſ.*

*M. F. paſta, ex quâ formari poſſunt pilulæ recenter uſurpandæ.*

 §. 7. *Cor-*

*Affectus.* §. 7. *Corroſivis* ejuſmodi uti ſolemus in variis Affectibus, v. gr. ad conſumendas *Verrucas*, *Clavos*, *Callos*, ad exedendam *Carnem luxuriantem*, ad *Fonticulos* formandos, ad rumpendos *Abſceſſus* & ſimilia. Verum cautelæ quoad partium diſcrimen, aliæve quàm optimè attendendæ veniunt.

*Modus agendi.* §. 8. Quoad agendi modum tenendum eſt hoc, Corroſiva applicata vix ullas exercere vires, niſi ſimul vitalis partis calor, cui applicatur, eorum particulas commoveat, & in actum deducat, quæ particulæ in motum evectæ, ſpiculis ſuis valde acutis fibrillas primùm quidem Cuticulæ, hinc etiam Cutis pungunt, diſcindunt, tandemque ita dilacerant, ut undique verſus principia ſua reſilientes, ac humoribus acceſſum denegantes fibrillæ eſcharam ſiccam in medio relinquant, quæ hinc ſubinde aliquot diebus adhuc perſiſtit, donec emollita ſatis ſeparetur ac decidat.

*Pſilothra.* §. 9. Referunt huc nonnulli *Pſilothra*, remedia illa Turcis atque Indis quàm Europæis uſitatiora, quæ cutim depilem reddunt. Hæc verò nihil aliud ſunt, quàm lenia Corrodentia, pilos ubicunque locorum abſumentia. Commune remedium hunc in uſum eſt *Calx viva* cum *Auripigmento* in pulverem mixta, atque hinc Axungiæ cuidam ſubacta, quibus alii etiam de *Formicarum ovis* adjiciunt. Hiſce accenſent *Lixivium forte*, vel *Alumen*, *Sandaracham* atque *Lacteum Eſulæ ſuccum*, quo cum tamen cautè venit procedendum.

## CAPUT XI.

### *De Aperientibus Medicamentis.*

§. I.

*Synonyma.* REmediorum *Aperientium* titulus adeo generalis eſt, ut plurima, ſub aliis Remediorum titulis contenta,

contenta, virtutis communitatem cum illis obtineant, hinc etiam *Aperientia* propter particularum ſuarum tenuitatem, nunc *Incidentia* ſunt & *Attenuantia*, nunc *reſolventia*, nunc *Diaphoretica*, *Sudorifera*, *Cephalica*, *Hepatica*, *Splenetica*, &c.

§. 2. Itaque *Aperientia* medicamenta ſunt, quæ vias hinc inde obſtructas aperiunt, ſicque colationem vel ſecretionem humorum, ibidem interpolatam & impeditam, ſuæ integritati reſtituunt. Cùm autem obſtructio viarum contingat, non niſi ab humore quodam viſcido ac tenaci, in tubulis minoribus facilè hærente & ſtagnante, conſequens eſt, *Aperientium* materiam debere eſſe ſubtilem, plus minus volatilem, ſubtilitas verò illa hæret in *ſalinis*, partim *alcalinis*, partim *acidis*, plus minus *volatilibus particulis*. *Definitio.*

§. 3. *Aperientia* in genere quidem dicata ſunt *Obſtructionibus* variis, quæ *in Hepate*, *Liene*, *Meſenterio*, *Pancreate*, *Renibus*, *Pulmonibus*, *Glandulis* denique variis contingunt. Sed cùm materia obſtruens, viſcida, craſſa atque tenax, nunc tartareæ inſipidæ, nunc acidæ fixioris, nunc auſteræ, nunc tandem acerbæ & ponticæ naturæ magis ſit, hinc etiam Aperientia diverſimoda iiſdem veniunt opponenda; Et quia poſt cognitum Obſtructionis morbum, difficultas adhuc magna eſt in cognoſcendâ humoris obſtruentis cauſa, impoſſibile fermè eſt, ſtatim illud ſeligere Remedium, cujus particulæ dictos humores ſpecificè attenuent & reſolvant. Hinc enim frequenter in anguſtiis Medicus hæret Practicus, quando ad ejuſmodi Ægros vocatur, donec Remedium indicationibus probè ſatisfaciens invenerit. *Quibus affectibus dicata?*

§. 4. *Aperientia* interim pleraque particulis quidem ſubtilibus gaudere ſolent, ſed iis tamen non ſolis, quin particulæ terreſtres & craſſæ roboran- *Principia.*

tes iiſdem admixtæ ſint oportet. Unde inter Aperientia numeramus quævis *Salia Plantarum lixiva*, verb. grat. *Centaurii minoris*, *Abſynthii*, *Cichorii*, *Geniſtæ*, *Cardui benedicti*, *Fabar.* item *Tart. vitr. Tinct. Tartari. Mart. aperitiv. Tinct. Antimon. Corallorum*, quæ per ſe aperire valent; quò refer *Lapides* 69. *Antimon. diaphoreticum*, *Bezoardica Antimonialia*, *Martialia* & *Jovialia*, quæ omnia & ſingula acido acri & auſtero corrigendo atque abſorbendo, partim & viſcido per accidens reſolvendo ſunt deſtinata. *Secundò* aperitivorum Tabulâ comprehenduntur plus minus *Acria*, acidum acerbum, viſcidum & fixum in obſtructis tubulis incidentia, & deobſtruentia, proin Sale volatili plus minus pollentia, quemadmodum ſunt *Radices quinque aperientes*, *Radix Aronis*, *Chelidon major. Sigill. Salomon. Scrophular. Filicis*, *Pimpinell. Vincetox. Ariſtoloch. Cepar. Allii*, *Chin. Sarſapar. Carlinæ*, *Raphani ruſticani*, *Herbæ* & *Semina Naſturtii*, *Cochlear. Erucæ*, *Card. bened. Thlaſpios*, *Trifolii fibrini*, *Scabioſ. Artemis.* aliaque *antiſcorbutica*. *Tertiò* aperientium Claſſi annumeramus *Aromatica*, atque *Sale volatili oleoſo* gaudentia, & viſcido tenaci pituitoſo aqueo humori incidendo, & volatiliſando deſtinata, prout ſunt *Aromaticæ plantæ*, ut & *Cephalicæ & Hyſtericæ*, *Aromata omnia*, *Semina carminativa*, atque *Salia volatilia oleoſa*. *Quarto* inter *Aperientia* collocamus etiam *Amara incidentia*, Sale plus minus amaro & terreſtri ſulphureo gaudentia, qualia ſunt *Radix Squillæ*, *Gentianæ*, *Cichorei*, *Ariſtolochiæ rotundæ*, *Cortex* item *Chinæch. Cortex Ligni fraxini*, *Herb. Abrot. Abſynth.* *Card. bened. Cent. minor.* &c. *Tandem* quoque *Acida* hiſce jungimus, mucilaginoſo-alcalina coagula reſolventia & attenuantia, qualia ſunt *Spiritus ſalini acidi*, item *Salia eſſentialia* planta-

rum,

rum, *Clyſſus Antimon*, *Plantæ acidulæ*, *Succi aciduli fructuum*, &c.

§. 5. In uſu & applicatione aperientium, Obſtructionibus viſcerum inprimis dicatorum, notandum, ea non eſſe applicanda, niſi præmiſſis Univerſalibus, in gratiam melioris laxationis, imò & ſicubi Plethora adſit, præmiſſâ *Venæ Sectione*.

§. 6. Notandum porrò, *Dulcia* magnâ copiâ *Aperientibus* permixta, eorundem vires cohibere, & refrænare, imò & viſciditatem obſtruentis humoris augendo plus nocere. Tandem ſi Salia aperientia in uſum vocentur, iis cum moderatione utendum eſt, ut interdum intermiſceantur, tonum viſcerum roborantia; Si Atrophia adſit, ſicca aperientia minùs conveniunt, & humidis poſtponenda.

## *Formulæ Aperientium.*

℞. *Radic. Fœnic. Apii,*
*Ruſc.*
*Chelid. maj. ana* ℥iij.
*Herbar. Cuſcut.*
*Anſerin.*
*Agrimon.*
*Card. bened. ana M*ß.
*Flor. Calend.* pij.
*Sem. Aquileg.*
*Aniſ. ana* ʒiß.
*Inciſ. & contuſ. coque in*
*Vini alb. veter &*
*Aquæ font. ana* ℔iiß.
*Ad quartæ vel quintæ partis abſtractionem,*
*Hinc colaturæ Albumine ovi clarificatæ adde*
*Syrup. de Eupat.* ℥iij.
*D. ad Vitr.* Doſis m. ac veſper. ℥iij. Vel

(F) 4 ℞. *Radic.*

℞. *Radic. Scrophular.*
*Filic.*
*Pimpinell.*
*Aſpar. ana* ʒij.
*Herb. Veronic.*
*Adianth.*
*Marr. alb. ana M*j.
*Semin. Urtic.*
*Fœnic. ana* ʒij.
*Inciſ. & contuſ. coqu. in*
*Aqu. font. M*ß. *&*
*Vin. alb. veter. M*j.

*Colatur. d. ad Vitr.* Doſ. man. ac veſp. ℥iij. calidiuſculè, in Obſtructionibus quarumcunque glandularum, etiam ſcirrhoſis.

℞. *Radic. Apii* ℥ß.
*Sigill. Salom.*
*Cichor. ana* ʒij.
*Herb. Artemiſ.*
*Chamædr.*
*Scabioſ.*
*Meliſſ. ana M*ß.
*Flor. Beton.*
*Summit. Virg. aur. ana* pij.
*Semin. Naſturt.*
*Plantag.*
*Cinam. elect.*
*Cubebar.*
*Salis Abſynth. ana* ʒj.
*Limat. Chalyb. in nod. ligat.* ℥ß.

*Inciſ. & contuſ. immittantur Sacculo, cui ſuperaffunde*
*Vini alb. veter. M*j.
*Aqu. Gramin. M*ß.

*Stent*

*Stent in Vitro clauſo per triduum, aut quatriduum in loco tepido. De Colaturâ poſtmodum m. ac veſp. capiantur* ℥iß. *vel* ℥ij. In Cachexiâ, Chloroſi, Leucophlegmatiâ, Obſtructionibus Uteri, Hepatis ac Lienis.

℞. *Herb. recent. Naſturt.*
*Apii ſel.*
*Fumar.*
*Chæref.*
*Borrag.*
*Beccab.*
*Trifol. fibr.*
*Cochlear. ana* pj.

*Inciſis & invicem mixtis affunde Juſculum calidum fervens, & cum aliquandiu ſtetit, colat. bibe, repeteque per aliquot hebdom. m. ac v.*

℞. *Radic. Scrophul.*
*Sigill. Salom. ana* ℥ß.
*Semin. fænic.* ʒij.
*Cinam. opt.* ʒj.
*Fol. Sen. opt. m.* ℈ij.
*Ocul.* ♋ *ppt.*
*Diaph. martial. ana* ℈iiij.
*Salis Tamar.* ʒiß.
*Sacch. alb.* ℥iß.

*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcatul. de quo m. ac v. cape* ℈ij. Vel

℞. *Radic. Ir. flor.*
*Aron. ana* ʒj.
*Croc. Martis aper.*
*Ebor. ppt.*
*Cardamom.*
*Antimon. diaph.*
*Semin. Aquil. ana* ℈ij.
*Salis Cent. min.* ʒß.

*Sacch. alb.* ʒij.

*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcatul.* Uſurpatur doſi ʒß. vel ℈ij. mane ac veſperi. Vel

℞. *Salis polychr.*
*Ononid.*
*Fabar.*
*Abſ. ana* ʒij.

*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ch.* Cape mane ac veſp. ℈j. in juſculo.

℞. *Spir. aperit. Penot.* vel
*Tinct. Antimon. aper. Zwelf.* ℥ß.

*Detur ad Vitr.* Summe 16. vel 20. guttas mane ac veſperi.

℞. *Tinct. aperit. Mœb.* ℥ß.
*Detur ut ſupra.*

℞. *Tinct. Antimon. vel Corall.* ℥ß.
*Detur ut ſupra.*

℞. *Aqu. Veron. Artemis.*
*Card. ben. ana* ℥j.
*Syrup. apèrit. Minder. Vel de Eupat. l.*
*Sceletyrb.* ℥iß.
*Tinct. Antimon.* ʒiß.

*M. ad Vitr.* Dentur mane ac veſperi duo vel tria cochlearia.

---

## CAPUT XII.

### *De Remediis Vulnerariis.*

§. 1.

*Definitio* VUlneraria, Græcis τραυματικὰ, vocabuli quidem ratione deſignant medicamenta, *Vulneribus* qualibuscunque deſtinata, ſed generaliori tamen ſigni-

ſignificatione, maximè iis competunt Remediis, quæ non ſolùm *Vulnera*, verùm etiam *Ulcera* & *Fiſtulas* detergere atque conſolidare valent. Hæc proin remedia non externo ſolùm, ſed interno quoque uſu celebratiſſima ſunt. Ubi tamen mox ab initio notandum, quòd Natura uniuscujusque ſubjecti, & non Remedia primariò & per ſe vulneratas, aut ulceratas ſuæ integritati reſtituant partes, ſed quòd ſive interna, ſive externa Remedia, hoc Naturæ opus tantum aliqua ratione promoveant.

§. 2. Hoc verò Naturæ adjumentum præſtatur à *Traumaticis*, dum impedimenta ſanationis, verb. grat. hnmorum in Ulceribus aciditas, aut ſi quid Vulneribus ab extra illapſum ſit, removeatur; hiſce enim obſtaculis ſublatis, jam ipſa Natura jugi nutritiarum particularum appulſu omnem læſionem, quæ in parte aliquâ contigit, emendat, priſtinæque Sanitati vel integritati membrum reſtituit. *Modus agendi.*

§. 3. Materia Traumaticorum vel *interna* eſt, quorumcunque talium Remediorum eſſentiam conſtituens, vel *externa*, quæ in variis ſpeciebus Traumaticorum conſiſtit. Quod attinet materiam *internam*, ſolet illa aliàs venire nomine principiorum remedia componentium: Ubi in genere ſtatim eſt notandum, pleraque Vulneraria multum terreſtritatis alcalinæ in ſe continere, partim cum Sale alcalino plus minus fixo, paucoque ſulphure, partim etiam cum multo Oleo balſamico, paucioreque Sale alcalino ſociata. Hinc eſt, quòd diverſis Affectibus nunc magis terreſtria, nunc magis balſamica, nunc magis ſalina alcalina deſtinentur & ſeligantur. *Materia vulnerariorum.*

§. 4. Traumatica magis terreſtria ſunt, verb. grat. *Bolus armena*, *Antimonium diaphoreticum*, *Co-* *Terreſtria.*

*rallia, Lapides* 69. *Terra ſigillata, Japonica, Lemnia, Lapis hæmatites, Ceruſſa, Pompholyx, Lac Lunæ, Tutia, Lapis calaminaris, Terra Vitrioli dulcis, Minium, Plumbum uſtum ac lotum, Saccharum Saturni, Aqua Calcis vivæ, Diaphoreticum Martiale,* & *Joviale, Pulvis contra caſum officinalis*, quæ quidem omnia & ſingula partim internè ſub formâ pulverum & pilularum, partim externè in pulverum ſpecie adhiberi poſſunt.

*Alcalino-terreſtria.* §. 5. His ſuccedunt *Traumatica*, particulis *terreſtribus* cum conſortio multarum *Salino alcalinarum* gaudentia, atque hinc etiam abſorbentia, ſiccantia & præcipitantia, verb. grat. *Plantago, Ulmaria, Symphytum, Bellis, Betonica, Cherefolium, Conſolida, Hedera arborea* & *terreſtris, Herniaria, Piloſella, Pyrola, Sanicula, Scordium, Millefolium, Veronica, Telephium, Vinca pervinca, Virga aur. Euphraſ. Alchymilla, Nummularia, Matriſylva, Hieracium. Scabioſa, Brunella, Gramen Parnaſſi, Cymbalaria, Ophiogloſſum, Chamedrys, Scolopendrium, Hepatica nobilis, Agrimonia, Herbæ* 5. *capillares, Lichen petræum, Pulmonaria, Tuſſilago,* &c.

§. 6. *Vulneraria balſamica* & *oleoſa* præter particulas terreſtres ſimul etiam multis ſulphureis & oleoſo-balſamicis pollent. Quemadmodum ſunt *Chamomilla, Hypericum, Mumia, Myrrha, Colophonium, Terebinthina, Balſamus peruvianus, de Copayba, Tolutanus, Opobalſamum, Sperma Ceti, Sanguis Draconis, Sarcocolla, Flores Sulphuris, Oleum Terebinthinæ, Balſamus vulnerarius* qualiscunque, *Balſamus Sulphuris*, hinc & *Eſſentiæ* variæ *traumaticæ*, atque *Extracta plantarum vulnerariarum.* Quibus adde etiam *Axungias* varias, inprimis *Murium alpinorum*, apprimè ad recentia Vulnera commendatas. Neque

præter-

prætermittenda hîc ſunt ea, quæ Sale quidem acidiuſculo volatili gaudent, ſed tamen propter egregiam deſiccandi, ſanguinisque acredinem corrigendi vim magno cum ſucceſſu adhibentur, prout ſunt *Radix Chinæ, Sarſaparillæ, Lignum Santalinum* qualecunque, ut & *Lignum Guajacum, Saſſafras* ac *Fraxini*, quæ in decoctis inprimis commendantur.

§. 7. Quod *Formulas* attinet *traumaticorum*, varias à diverſis Medicis in uſum vocatas eſſe didicimus, tam intus exhibitas, quàm extus applicatas, nobis autem præcipuè ſequentes ſunt probatæ. *Formulæ.*

## *Formulæ Traumaticorum.*

℞. *Rad. ac herb. Geran. Robert.* ℥ij. *Balſamus.*
*Irid. florent.* ʒiij.
*Helleb. nigr. ppt.* ʒiß.
*Granor. Tritic.* *M*j.

*Contundantur ruditer & infundantur per* xxiv. *horas in Vini auſteri rubri* ℔j. *poſtea adde*
*Ol. Hyperic.*
*Myrtin.*
*Nucum, ana* ℥iij.

*Bulliant lento igne Balnei Mariæ ad conſumtionem Vini, factâ hinc expreſſione adde*
*Myrrh. rubr. ſubt. pulv.* ʒiij.
*Bitumin. Judaic.* ʒiß.

*Stent in leni calore, donec perfectè ſint liquata, ac in Oleum verſa, cui tandem permiſce*
*Lachrymar. Abiet.*
*Balſam. Copayb. ana* ℥ij.

*M. F. lento ignis calore Balſamus Fiſtulis inſtillandus, ac turundis illinendus.* Huic Balſamo interdum pro re natâ admiſcere etiam poſſumus

mus pulverem crudum *Ariſtolochiæ*, *Imperatoriæ*, aut *Cineres Ranarum*, vel *Cancrorum fluviatilium*. Vel

℞. *Sanicul. virid.* ℥iiij.
*Summit. Betonic.*
*Fœnic.*
*Granor. Junip. immatur. ana* ℥iij.
*Helen.*
*Rutæ,*
*Symphyt.*
*Chamædr.*
*Ror. marin. ana* ℥ij.
*Rhapontic. virid.* ℥iß.

*Incidantur omnia tenuiter & poſtea cum Butyr. rec. non ſalit.* ℔ij. *excipiantur in vaſe vitreo, ac poſtmodum per octiduum Solis radiis exponantur, demum affunde*

*Aqu. Fœnicul. Menſ.* j.

*Bulliant ad conſumtionem Aquæ, reliquum fortiter exprimatur, & uſui aſſervetur.* Doſis à ʒß. ad ʒij. in caſibus ab alto, Ulceribus internis, quotidie ſemel vel bis ſumendo. Vel

℞. *Flor. Lot. hortenſ.* Miv.
*Hyperic.*
*Verbaſc.*
*Virg. aureæ.*
*Herb. Ariſtoloch. long.*
*Gramin. Parnaſſ.*
*Geran. Robert. ana* Mj.

*Inciſa tenuiter inde phialæ, affunde Olei Olivarum optimi ad eminentiam digitorum duorum: Bene clauſum ſic vitrum expone radiis ſolaribus per* xv. *dies,* 

*ut*

*ut balſamicæ florum particulæ, blando ſale volatili alcalino præditæ, in Oleo recipiantur; Dein expreſſum ſic Oleum recentibus florum ſpeciebus affunde, iterumq́; inſola; Tandem Colaturæ adde & admiſce*

*Balſ. peruv.* ℥j.
*Terebinth. opt.* ℥ij.
*Maſtich. pulv.* ℥ß.

*Denuoq́; per occiduum expone, ſic Balſamus erit paratus.* Vel

℞. *Ol. Olivar. vel ſimplic. vel cum*
*Infuſ. flor. Lot. hortenſ.*
*Lin. ana* ℥ij.
*Baccar. Laur.*
*Junip.*
*Nucum. ana* ℥j.
*Eſſent. Caryophill.* ʒiß.
*Terebinth. elect.* ℥ij.
*Vitrioli alb.* ʒiß.
*Virid. æris* ʒiij.

*M. F. Balſamus*, qui calidè cum pennâ Vulneribus aut Ulceribus immittitur, ſuperimpoſito Emplaſtro quodam vulnerario; cavendo tamen loca tendinoſa, quibus Viride æris ac Vitriolum nocet. Vel

℞. *Radic. Vincetox.*
*Ariſtol. rotund.*
*Biſtort. recent. ana* ℥iß.
*Herb. Conſol. maj.*
*Bugloſſ.*
*Fœnicul.*
*Alchymill.*
*Salv.*

*Plantag.*

*Plantag.*
*Ophiogloſſ.*
*Summitt. Cent. min.*
*Conſol. ſarac. rec. ana M*j.
*Lumbric. terreſtr. ppt.* ℥iiij.
69. *fluviatil. num.* vj.
*Inciſa & contuſa omnia ſimul infundantur in*
*Ol. Hyperic.*
*Lumbric. terreſtr. ana* ℔j.

*Digerantur in Balnei calore ad humiditatis conſumptionem, dein exprime fortiter ſub prelo, & habebis Balſamum Vulnerarium, cujus tribus partibus pro lubitu poterit ſupra lentum ignem admiſceri*

*Myrrh.*
*Oliban.*
*Maſtich. ana* ℥iß.
*Terebinth. lot.* ℥j.
*Digere ad Gummatum diſſolutionem.*

## *Balſamus Vulnerarius Nervinus.*

℞. *Ol. Hyperic. rec.* ℔ij.
*Flor. Lot. hortenſ. odorat. M*iij.
*Virg. Aureæ.*
*Herb. Geran. Robert. ana M*ß.

*Herbas has ferventi Vino albo immitte, & aliquoties bullire ſine, vaſe clauſo, tandem exprime & cola. Colaturæ aſſunde Oleum & coque in* MB. *vel in vaſe aperto, ad Vini abſtractionem, reſiduo Balſamo adde:*

*Terebinth.* ℥j.
*Ol. Lumbric. terreſtr.* ʒvj.
*Eſſent. Croc.* ʒij.
*Ol. deſtill. Lavendul.*
*Majoran. ana* ʒj.
*M. ſerventur in vitro benè clauſo.*

℞. *Ungt.*

℞. *Ungt. Baſilic.* ℥iß.
*Pulver. Caſtor.*
*Aſæ fœtid. ana* ʒß.
*Elixir. Vit.* ʒij.
*Camphor.* ℈j.

*M. d. ad Oll.* Egregium eſt abſorbens & deterſivum, in Ulceribus ſordidis atque malignis. Vel

℞. *Terebinth. vitell. ovor.*
*ſolut.* ℥iij.
*Mellis roſac.* ℥j.
*Pulv. Myrrh. el.*
*& Aloes Spirit.*
*Vini irrorat. ana* ʒiß.

*Miſc. detur ad Pyx.*

℞. *Ol. Ceræ* ℥iiij.
*Maſtich. ſelect.* ℥j.
*Cer. flav.* ℥ß.

*Diſſolve & coque lento igne, colaturæ leni igne adde:*

*Bol. armen. ppt.*
*Extract. Liquirit. ana* ʒij.

*M. exactè d. ad Oll.* Intertrigines & Fiſſuræ Ani, Uteri, Mammarum, frequenter hoc linimento inunctæ citò perſanantur.

℞. *Succ. Nicotian.*
*Cer. citrin. ana* ℥iij.
*Reſin. Pin.* ℥iß.
*Terebinth.* ℥j.
*Pulv. Ariſtol. rotund.* ʒiß.

*Ol. commun. vel*
*Lil. alb. q. ſ.*

*M. ad formam Cerati.* Optimum in Exulcerationibus cutaneis, Tineâ & Squammis Capitis.

℞. *Ol. commun.*
*Lithargyr.*
*Cer. virid. ana* ℔iß.
*Gummi Galban.*
*Opopanac.*
*Bdell.*
*Salis armon. ana* ℥ij.
*Ol. Laurin.* ℥iij.
*Bacc. junip.*
*Pulv. Myrrh.*
*Thur.*
*Pomphol. ana* ℥j.
*Eſſent. Caryophyll.* ʒj.
*Terebinth.*
*Aceti alb. ana* ℥iiij.

*Oleum, Ceram, Terebinthinam, & reliqua Gummata cum Aceto prius coque ad hujus conſumtionem, poſtea pulveres Lithargyrii, Thuris, Myrrhæ,* &c. *inſperge, probé agita & miſce, demum adde Eſſentiam Caryophyllorum, quâ probè ſubactâ maſſam ab igne repone & agita, donec conſiſtentiam Emplaſtri acquiſiverit.*

**Lapis medic. corr.**

℞. *Vitriol. crud.*
*Alum. crud. ana* ℥iij.
*Antimonii crud.* ℥iß.
*Fell. vitulin.*
*Salis commun.*
*Tartari ana* ℥ß.

*Mixta*

*Mixta pone in Ollam vitreatam, & affunde Aceti acerrimi ad eminentiam trium digitorum, coque perpetim leviter agitando, & poſtquam inceperit inſpiſſari, adde*

*Pulv. Ceruſſ.* ℥j.
*Bol. armen.* ʒvj.
*Myrrh.*
*Thur. ana* ʒij.

*Coque leni igne ad ſiccitatem, & aliquantillum calcina, ſic habebis Lapidem pulveris formâ Ulceribus inſpergendum, mundandis & ſanandis convenientem.*

℞. *Summit. Virg. aur.*
*Herb. Pyrol.*
*Sanicul.*
*Artemiſ.*
*Betonic.*
*Card. bened.*
*Veronic. ana part. æq.*

*Singula, ſi fieri poterit, Julio atque Auguſto menſibus collecta ſiccentur, hincque permixta uſui ſerventur. Quòd ſi autem in uſum trahere velis, tùm*

℞. *Vin. alb. veter.*
*Aq. fontan. ana M*ß.
*Herb. illar. M*ij.

*Coque in Olla probè clauſâ aliquantillum, hinc m. ac v. capiatur hauſtus. Quod ſi ſanguis alicubi coagulatus præſumatur, adde*

*Fol. Sabin. P.* ij.
*Carbon. Tiliæ, aut*
*Querc. Acet. reſtinct.* ʒij.

*Et ſic coque;* Egregium traumaticum eſt, poſt

(G) 2 con-

contuſionem aut caſum, in Circulatione impeditâ, à Sabinâ autem cavendum, ubi hæmorrhagiæ metus eſt, quoniam acri ſuo ſale eam ſolet promovere.

℞. *Radic. Dictamn. cretic.*
*Conſolid. maj. ana* ℥ij.
*Herb. Pyrol.*
*Sanicul.*
*Fragar.*
*Alchymill.*
*Betonic.*
*Scolopendr.*
*Hepatic. nobil.*
*Veronic.*
*Chamædr.*
*Gramin. parnaſſ.*
*Summit. Virg. aureæ, ana Mß.*

*Inciſis & contuſis affunde per noctem Vini albi veteris ferventis Mj. Aq. fontan. Mß.*

*Poſt bibat æger m. ac v. hauſtum in Vulneribus, Ulceribus atque Caſibus.*

℞. *Herb. Gramin. Parnaſſ.*
*Heder. terreſtr.*
*Scabioſ.*
*Salv. ana Miß.*
*Betonic.*
*Pinguic. Geſner. ana Mj.*
*Radic. Rhabarb. Monach.*
*Ariſtol. rot. ver. ana* ℥ij.

*Inciſis & contuſis affunde Vini albi veteris, Aquæ fontanæ, ana* ℔iiß. *ſtent per noctem, poſt m. ac v. bibatur hauſtus.*

℞. *Sang.*

℞. *Sang. Dracon. opt.*
*Mumiæ ana* ℥j.
*Terræ Catech.*
*Myrrh. elect.*
*Radic. Torment. ana* ʒß.
*Flor. Roſar. rubr.*
*Hyperic. ana* ʒij.
*Santal. rubr.* ʒiij.
*N. M.* ʒj.

*Inciſis & contuſis affunde Spirit. Vin. rectificati ac tartariſati, vel Spiritus Hyperici ad eminentiam quatuor digitorum, digere bene clauſa in arenâ calidâ per aliquot dies, hinc decantatus Liquor optimè tinctus ſervetur ad uſum.* Vires ejus in Hæmoptyſi, Dyſenteriâ, Phthiſi, Vomitu cruento, Menſibus immodicis, Fluore albo, Gonorhæâ, Caſu ab alto, Herniis, Fracturis, Vulneribus, Ulceribus, quàm optimæ ſunt. Doſis a gtt. xv. ad xxx. cum appropriatis aliis.

℞. *Radic. Vincetox.*
*Biſtort. ana* ℥ß.
*Herb. Chamæpit.*
*Pyrol.*
*Sanicul.*
*Ophiogloſſ.*
*Plantag.*
*Gramin. parnaſſ.*
*Summit. Hyperic.*
*Virg. aureæ*
*Flor. Bellid. min. ana Mß.*
*Myrrh. opt.* ℥j.

*Inciſis & contuſis recenter, affunde Spir. Vin.*

*dephlegmatum & tartariſatum, ad eminentiam trium aut quatuor digitorum, ſtent per aliquot dies in digeſtione, poſtea exprimatur & filtretur tinctura elegantiſſima, quæ in* MB. *nonnihil inſpiſſari poteſt per abſtractionem tantilli Spiritûs. Vires cum ſuperiore habet communes. Si ſuperior Tinctura ad mellaginem inſpiſſetur, habetur Extractum pro pilulis uſitatum.*

℞. *Rad. Symphyt.* ℥iß.
*Fol. Rut. mur.*
*Lich. petr. ana* ℥ij.
*Sang. Dracon. ver.*
*Gumm. Arabic. ana* ℥j.
*Sacch. alb. ad pond. omn.*
*M. f. P. J. detur in ſcatul.* Doſis mane & veſperi ℥j. vel ℥ij.

# CAPUT XIII.

## *De Remediis Glutinantibus, Sarcoticis, Poroticis, & Epuloticis.*

§. I.

*Convenientia cum Vulnerariis.*

GLutinantia, Epulotica, reliquaque in Titulo allegata medicamenta, parum admodum à *Traumaticis* differre, omnes notant Authores, ſicut enim *Traumatica* particularum balſamicarum ope abſorbent, edulcorant, & veluti quodam balſamo diviſas partes obliniunt; ita remedia jam explicanda aliquantillum fortius deſiccant, ſuperfluamque humiditatem, à quâ Natura in reſtituendâ parte læſâ impeditur, auferunt.

*Glutinantia.*

§. 2. *Glutinantia* itaque ſive *Colletica*, Græcis κολλητικὰ, ſunt remedia, quæ particularum ſuarum glutinoſitate, recentia Vulnerum labia adducunt, & gluti-

glutinant, ſicque humoris è laceratis tubulis effluxum impediendo, citam diviſæ partis integritatem promovent.

§. 3. Ex quo patet jam per ſe, remedia hæc non niſi *Vulneribus recentibus* dicata eſſe, in quibus, cùm nihil adhuc impuritatis adſit, adducendis & agglutinandis laborare ſtatim poteſt Chirurgus. Quod ſi verò humores varii in cavitatem Vulneris illapſi ſint, ii prius eluendi veniunt, antequam aceſcant; Ubi autem jam acorem contraxerunt, protinus miſſis Glutinantibus, digeſtiva, ſuppurantia vel blandè maturantia, ſed acido tamen ſimul reſiſtentia uſurpare oportet. *Uſus.*

§. 4. *Modus*, quo *Glutinantia* operari debent & ſolent, non eſt alius, quàm quòd particularum ſuarum tenacitate, citra ullam acrimoniam aut aciditatem, laceratorum vulneratæ partis tubulorum extremitatibus apertis adhæreſcendo, ſive ſanguinis, ſive lymphæ effluxum cohibeant, quo quidem cohibito humoris effluxu, Natura promptius nutritium ſuccum apponendo, & agglutinando, reſtitutionem partis accelerare valet. *Modus agendi.*

§. 5. Hinc demum *Glutinantium* Tabulæ annumeranda veniunt, quæ conſtant particulis viſcoſis, lentis atque tenacibus, iisque tum *viſcoſo-reſinoſis & oleoſis*, tum *viſcoſo-mucilaginoſis*, & aqueæ magis progeniei. *Glutinantia viſcoſo-reſinoſa* ſunt *Terebinthina*, ſive *Oleum* illud *craſſum, reſinoſum, & tenax*, è *Terebintho*, vel etiam vulgarius è *Larice arbore* collectum; *Sarcocolla*, ſive *Lachryma* Arboris cujuſdam in Perſide naſcentis amara, coloris ſubruffi; *Myrrha*, ſive Gummi Arboris Arabicæ, amarum valdè, coloris ex ruffo-flaveſcentis; *Thus* aut *Olibanum*, Lachryma illa Arboris cujuſdam Arabicæ amara; *Pix*, ſive *Succus reſinoſus*, aut *Materia.* *Viſcoſo-reſinoſa.*

*Gummi* ex Arboribus reſiniferis, v. gr. *Pino*, &c. accenſis exſtillans; *Mumia*, ſive caro humanorum cadaverum, variis reſinoſis Gummatibus condita; *Oleum craſſius coctum Myrrhæ*, *Nicotianæ*, *Balſamus Peruvianus*, aliaque *Balſama Vulneraria*, ſuperiore Capite deſcripta: Quo refer *Axungiam humanam*, vel *Murium alpinorum*, *Balſamis* commiſcendam; *Unguentum aureum* Meſue, è reſinoſis cum *Oleo* & *Cerâ* concinnatum; *Emplaſtrum nigrum* ex reſinoſis utplurimum, hinc & ſiccantibus terreis compoſitum.

*Viſcoſo-mucilaginoſa.* §. 6. *Glutinantia viſcoſo-mucilaginoſa*, ſunt *Radix Symphyti*, *Althææ*, *Folia Sempervivi majoris*, *Ficûs Indicæ*, *Telephii*, *Ophioglosſi*, *Lichenis petræi*, *Semina Pſyllii*, *Cydoniorum*, *Lumbrici terreſtres*, *Cochleæ* item omnivariæ, ac *Succus* ♋*rorum fluviatilium* expreſſus.

*Terrea.* §. 7. Glutinantibus etiam accenſentur, quæ *terreſtrioris* ſunt *Naturæ*, particulis prædita terreſtribus, ſiccantibus, fixis, adſtringentibus ſive ſtypticis, quemadmodum ſunt *Radices Tormentillæ*, *Biſtortæ*, *Pentaphylli*, *Folia Piloſellæ*, *Saniculæ*, *Quercûs*, *Pyri*, *Cydoniorum*, *Pini ſylveſtris*, *Myrti*, *Polygoni*, *Flores Balauſtiorum*, *Malicorium*, *Lithargyrium Auri*, *Pompholyx*, *Succus Aloes*, *Liquiritiæ*, *Unguentum deſiccativum rubrum*, *Emplaſtrum Triapharmacum*, *Catagmaticum*.

*Formulæ.* § 8 Atque ſingula hæc remedia variis in formis uſurpari poſſunt, quorum commodiſſimæ ſunt formæ *Balſamorum denſiorum*, *Unguentorum* & *Emplaſtrorum*, ubi tamen pro rei neceſſitate non omittendæ veniunt *Vulnerum elotiones*, cum *Aquâ Calcis vivæ* calidâ, vel *Decocto* aliquo *traumatico* aliquantillum adſtringente, quod fieri ſemper poteſt ante Balſami inunctionem. Alii Vulnera cum ſucceſſu

ceſſu eluunt *Tinctura traumatica.* Ab oleoſis & mucilaginoſis fluidioribus hic cavendum, quoniam tubulos magis laxant, ſicque occaſio uberiori influxui præbetur.

### *Formulæ Glutinantium.*

℞. *Gumm. Elem.*
*Terebinth. ana* ℥ij.
*Ceræ* ℥iß.
*Olei Hyperic.* ℥viij.
*Miſc. fiat Balſamus.*

℞. *Balſ. ind. nigr* ℥j.
*Tereb. Ven.* ℥ij.
*Ceræ* ʒvij.
*Ol. Loti hort.* ℥iv.
*Vin. rubr.* ℥iij.
*Miſc. coqu. uſque ad Vini conſumpt. & fiat Balſamus.*

℞. *Eſſent. vulnerar.* ℥ij.
*Detur in V. ut eâ Vulnera, Ulcera imbuantur.*

℞. *Rad. Ariſtol.*
*Myrrh.*
*Oliban.*
*Colophon. ana* ʒij.
*Miſc. f. Pulv. ſubt. detur in ſcat. Ut inſpergatur Vulneribus, Ulceribus.*

℞. *Empl. ſtict. Cr.* ℥j.
*Malax. Ol. Hyp. d. in ch.* Ut linteo inductum Vulneribus, Ulcer. applicetur.

§. 9. *Sarcotica*, ſive *Carnem generantia*, ſunt remedia, Naturam in carnis ulceratarum vel vulneratarum partium deficientis generatione juvantia. Subinde enim contingit, ut per caſum quendam, vel Chirurgicorum inſtrumentorum ope, vel etiam ab humore Ulcerum depaſcente, caro *Sarcotica.*

 aufera-

auferatur; huic igitur regenerandæ Medico-Chirurgi quædam primitus excogitârunt, quibus deficientem carnem reſtaurarent, eaque græco nomine Σαρκοτικά, carnem generantia appellârunt, non quòd ipſamet facultatem obtinerent, carneam ſubſtantiam apponendi, & per ſe producendi; ſed tantùm quòd obſtacula, quibus ipſa Natura in carnis regeneratione impediri poſſet, è medio tollerent, id eſt, acidos humores Ulcerum inverterent, ſiccarentque.

§. 10. Hic tamen notandum, in Sarcoticis non tam ſiccandi, quàm adducendi vaſcula lacera, atque edulcorandi & abſorbendi vim, quâ humoris partim aciditas, partim acrimonia edulcoratur & emendatur, conſiderari, hinc *Sarcotica* primo gradu, *Glutinantia ſecundo*, *Epulotica* & *Porotica tertio gradu*, ſiccandi effectum producere dicuntur.

*Modus agendi.* §. 11. Agunt ergo *Sarcotica* moderatè ſiccando, acidum Ulcerum invertendo, abſorbendo, ſicque ſordes eorum blandè detergendo. Quod vel ultrò indicat, Remedia hæc non acribus, ſed dulcibus, blandis, alcalinis ac ſulphureis plus minus volatilibus particulis prædita eſſe debere: Si enim conſtarent particulis acribus, corroderent potius fibrillas ac tubulos, & majorem ſic affluxum humorum concitarent, ob quem nulla agglutinatio humoris nutritii appoſiti fieri poſſet.

*Quibus malis conveniant?* §. 12. *Sarcotica* itaque deſtinata ſunt non quibuſcunque *Vulneribus* aut *Ulceribus*, verùm iis tantùm, in quibus aliqua carnis portio una cum ſuperſtratâ cute ablata eſt. Quando enim ſola cutis aut cuticula deficit, tum *Epulotica* potius remedia, quæ vel Cicatricem inducunt, vel Epidermidem reſtituunt, adhibere oportet, ne inæqualitas ſuperficiei cutis enaſcatur.

§. 13. Quòd

§. 13. Quòd ſi intentio Medici eò tendere debeat, ut Naturæ potens auxilium, in reſtaurandâ carne deficiente ſemper afferatur, meritò damnamus Chirurgorum quorundam morem, quo ſubinde Naturæ ſcopum minus obſervantes, diu admodum moleſtas turundas, non ſine Ægri incommodo Ulceribus ingerunt, ſicque Naturam, nutritias particulas apponere conantem, efficaciter impediunt. Quare ſatius eſt, poſt elotionem Ulcerum breviores ſemper, nec ita craſſas turundas immittere, quo ſic tanto citius, tantoque felicius è Maſſâ ſanguineâ nutritiæ particulæ affluere, carnisque defectum redintegrare valeant. *Turundarum abuſus.*

§. 14. Oportet autem modicè ſiccare, atque ſuperfluas humiditates abſorbere, ſi caro feliciter reſtituenda ſit. Quòd ſi enim humidiòra applicentur remedia, tum ſubinde Fungorum aut Carnis luxuriantis generationi occaſio præbetur; hinc eſt, quòd vulnera tendinum, nervorum atque oſſium, nulla unctuoſa, nulla oleoſa liquidiora, imò nec ulla digeſtiva communia ferant, cùm ab illis malum magis exaſperetur, & corruptio major excitetur. *Modicè ſiccandum.*

§. 15. *Materia* Sarcoticorum à Medicis communiter ſequens recenſetur, particulis, uti jam dictum, non acribus, aut facilè rodentibus, non mordacibus, ſucci nutritii coagulationem impedientibus, ſed alcalinis, terreſtribus, plus minus ſulphureis conſtans: *Radices Ariſtolochiæ rotundæ, Gentianæ, Biſtortæ, Pulvis Foliorum Saniculæ, Graminis Parnaſſi, Piloſellæ, Rutæ murariæ, Plantaginis, Farina Fœni græci, Lycopodii, Lupinorum, Gummi Maſtichis, Thuris, Myrrhæ, Sarcocollæ, Aloës, Pix, Colophonium, Plumbum uſt. Lithargyr. Ceruſſa, Tutia, Lapis Calaminaris, Unguentum Baſilicum, A-* *Materiæ Sarcoticorum.*

*poſtolorum*

*poſtolorum, de Pompholyge, Aureum, Emplaſtrum Diapalma, de Gratiâ Dei, de Betonicâ* &c.

*Modus carnem reſarciendi.* §. 16. Modus ergo optimus reſtituendæ carnis is eſt, quando ſub deligatione quâlibet primò omnium Ulcus lavatur, vel eluitur *Decocto* aliquo *traumatico*, aut *Aquâ Calcis vivæ* ſive *ſimplici*, ſive *Phagedænicâ*, vel etiam ſimplici aliqua *Tincturâ traumaticâ*, verb. grat. *Myrrhæ, Aloës, Thuris, Gentianæ, Catechu*, &c. hinc ſtatim filamentoſæ lineæ turundæ, ſive ſiccæ, ſive tantillo *Balſami vulnerarii* ſpiſſioris illitæ immittuntur, tandemque *Emplaſtrum ſarcoticum* ſuperimponitur. Quòd ſi nullæ amplius in Ulcere animadvertuntur ſordes malignæ, tum ab elotionibus, aut inſperſionibus illis abſtinere, ac reliquo tantùm modo ad perfectam ſanationem Vulnus & Ulcus deligare poſſumus.

## *Formulæ Sarcoticæ.*

℞. *Tereb. vit. ovor. ſol.* ℥j.
*Mell. roſ.* ℥ß.
*Eſſent. Aloes*
*Myrrh. ana* ʒj.
*Miſc. d. in Pyx.* Ut immittatur vulneribus, ulceribus, &c.

℞. *Ungt. Baſilic.* ℥ij.
*D. in Pyx.* Uſurpetur eodem modo.

℞. *Aloes,* ʒij.
*Maſtich.*
*Myrrh.*
*Lap. Calam. ppt. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt. detur in ſcat.* Ut inſpergatur Vulneribus.

℞. *Empl. Diapalm.* ℥j.
*D. in ch. ad uſum.*

*Epulotica.* §. 17. Ἐπουλωτικὰ, ſive *Cicatricem inducentia* Remedia

media ſunt, quæ *Vulneribus*, vel *Ulceribus* cicatricem, ceu ultimam conſolidationem inducunt. Reſpiciunt hæc remedia non niſi cutim, quocunque in Vulnere vel Ulcere deficientem, quoniam cicatrix non eſt niſi conſolidatio diviſæ, aut reſtauratio deficientis cutaneæ portionis. Quæ enim medicamenta carnes ſubjectas reuniunt aut inſtaurant, *Sarcotica* hactenus dicta, fuſiusque explicata fuere; Quæ verò oſſa diviſa, eorumque portiones integritati reſtituunt, *Porotica* nominari meruerunt.

§. 18. Quum autem ad reſarciendam Cutim, non multo humore aut ſucco opus ſit, hinc & iſta remedia plus omnino ſiccare, & conſtringere debent, quàm reliqua ſuperius deſcripta; Ut adeo totus agendi modus eorundem conſiſtat in hoc, quando particulæ remediorum externâ ſui applicatione, partim ſuperfluum in Ulcus illabentem humorem abſumunt, partim oſtiola vaſculorum eòdem hiantium, leni quâdam adſtrictione ita cohibent, ut non poſſint plus humiditatis exſtillare, aut majorem copiam ſucci nutritii exponere, quàm quidem ſufficit ad cutaneæ portionis regenerationem. *Modus agendi.*

§. 19. Hoc tamen negotium non æquè feliciter omni tempore ſuccedit, atque Cicatrix, nunc citius, nunc tardius inducitur, prout nempe vel dulciores, vel acriores ad partem affectam humores affluunt; vel etiam, prout nunc debita, nunc minus convenientia remedia ad producendum illum effectum applicantur. Si enim è Maſſâ ſanguineâ benè conſtitutâ dulces atque balſamici ſucci appelluntur, non poteſt non hinc Cicatrix citò atque feliciter induci. Si verò Cacochymia in corpore exiſtit, & è ſanguineo latice ſucci plus minus ſalſi, & acres affluunt, tunc propter hujus ſucci, ad nutriendum *Succeſſus diverſus.*

& re-

& reſtaurandum inepti, inconvenientem appoſitionem, Cicatrix admodum tardè producitur. Et viciſſim, ſi remedia balſamicâ quâdam vi ſiccantia applicantur, Cicatrix minimè deformis inde efficitur; Si verò eadem remedia nimis adhuc oleoſa aut humida ſint, tum laxando tubulos, & uberiori humorum affluxui portas apertas relinquendo, vel luxurianti Carni, vel deformi Cicatrici anſam præbent; Si tandem nimis ſicca ſint, tum etiam Cicatricem maximè calloſam faciunt, ſubinde ob inæqualem ſuperficiem deformitatè non carentem.

§. 20. Contigit etiam aliquando, ut in *Vulneribus*, aut *Ulceribus ſinuoſis*, externa cutis ad recipiendam Cicatricem præparetur ac diſponatur, hincque Cicatrix ipſamet à male feriatis Chirurgis ſuperinducatur, antequam intus latitans hoſtis prorſus ſit ſublatus; unde fit, ut Cicatrix ejuſmodi minus tuta atque firma exiſtat, quin corroſiva ſanies, ſuos undiquaque cuniculos agens, citò iterum eandem perrumpit, ſibique novum effluxum conciliat. Idem contingit, ſi in Fracturis oſſium poſt Callum generatum, feſtuca aliqua oſſea in carne remaneat, & nihilominus Cicatrix ſuperinducatur, quoniam leviſſimâ occaſione datâ, eadem feſtuca fibras circa ſe pungendo, lacerandoque, novam Inflammationem, Abſceſſum & Ulcus parit, tamdiu Dyſepuloticum manens, donec feſtuca exempta fuerit, tum enim demum perfecta conſolidatio, atque firma quædam, & conſtans Cicatrix expectari poteſt.

*Materia.* §. 21. Quòd materiam *Epuloticorum* attinet, petenda eſt illa è Tabulis Traumaticorum, ac moderatè Siccantium, aut etiam Sale aliquo nitroſo, aliquantillum corroſivo exiſtente adſtringentium, vel abſumentium. Talia verò ſunt ex ſimplicibus *Ra-*

*ces*

*ces ſiccatæ Biſtortæ, Tormentillæ, Ariſtolochiæ, Herbæ Plantaginis, Gratiolæ, Millefolii, Myrti, Flores Roſarum, Balauſtiorum, Cortex Granatorum, Lithargyrium, Cadmia, Pompholyx, Plumbum uſtum, Vitriolum uſtum, Ceruſſa, Tutia*; ex compoſitis habemus *Unguentum album Rhaſis*, item *rubrum*, ac *Diapompholygos, Emplaſtrum de Ceruſſâ, Lapide Calaminari, Diapalma.*

### *Formulæ Epuloticorum.*

℞. *Pelliculam Ovi gallinac. teſtam intus ſuccingent.*

Hanc expanſam mucilaginoſâ parte impone Vulneri, Ulcerivè conſolidando, & relinque.

℞. *Balſ. peruv.* ℥j.

*D. in Vitr.* Et adhibeatur cum linteis carptis.

℞. *Rad. Biſtort.*
*Torment.*
*Ariſtol.*
*Pomphol.*
*Tut. ana* ʒß.
*Alum. uſt.* ℈j.
*M. f. p. ſ. d. in ch. Pro inſperſione.*

§. 22. *Porotica* medicamenta ea appellata ſunt, quæ duras oſſium partes, per Fracturam ſeparatas, & diſjunctas, calloſâ quâdam concreſcentiâ interveniente, ſibi invicem iterum connaſci atque uniri faciunt. Neque enim talia remedia propriè Callum ipſa generant, aut materiam pro ejuſdem generatione ſuppeditant, ſed Naturam tantùm in producendâ concretione calloſâ adjuvare idonea ſunt, nimirum impedimenta omnia tollendo, & debitam circa Oſſis partes reuniendas ſiccitatem conſervando. *Poroticorum definitio.*

§. 23. Eſt

*Calli generatio.* §. 23. Eſt autem *Callus oſſeus* nihil aliud, quàm concretio extremitatum Oſſis fracti dura, ex materiâ Oſſium nutritiâ producta: dum nimirum utrinque ad extremitates partium fracti Oſſis gelatinoſus apellit ſuccus, atque in ſe invicem paulatim implicatur, tandemque phlegmaticis particulis exhalantibus in oſſeam duritiem concreſcit ac induratur; Quod quidem ſolius Naturæ opus eſt, uſque adeo ut non raró in Fracturis, quæ abſque Vulnere contingunt, ſolâ commodâ membri deligatione Calli generatio promoveatur, atque ſpatio ſex hebdomadarum, modò Natura probè adjuta fuerit, Callus integrè perfecteque formatus exiſtat.

*Calli luxuries l. deformitas.* §. 24 Cùm autem in partibus duris, non ſecus ac in mollibus, ſubinde in exceſſu generationis peccetur; hinc quoque interdum accidit, ut Chirurgo rem non probè curante Callus ſuccreſcat, vel juſto major & craſſior, vel aliâs deformis, membri motum poſtea valdè moleſtans, atque dolorem non exiguum quandoque excitans. Hæc verò Excreſcentia nimia calloſa, non tam ſuperabundanti nutritio ſucco, quàm verò laxiori deligationi adſcribenda venit, ſub quâ os non undiquaque ſufficienter & æqualiter compreſſum, anſam exhibet particulis nutritiis juſto pluribus etiam ad latera apponendis.

*Poroticorum principia.* §. 25. Quæcunque igitur hunc effectum præſtare, ac Naturam in hoc negotio adjuvare debent remedia, oportet, ut *mucilaginoſis terreſtribus*, & nonnihil *ſalino-volatilibus particulis* gaudeant, utpote quæ intus quidem nutritiam Oſſium materiam exhibere valent, extus verò acidum heterogeneum abſorbendo & edulcorando, impedimentum Curationis auferunt.

§. 26. Atque

§. 26. Atque hæc Remedia nobis convenire videntur cum *Glutinantibus* ſuperius jam recenſitis, quibus adhuc Lapidem iſtum *Oſteocollam* dictum, ac in pulverem ſubtiliſſimum, affuſâ ſubinde *Aquâ Plantaginis*, redactum adjicimus. Imò & Cibi gelatinoſi ac mucilaginoſi eundem in finem non ſine ratione commendantur, utpote quibus fluxibilitas nimia ſeri ſanguinei corrigitur, Saliaque acida, aut ſcorbutica abſumuntur, & edulcorantur. Tandem ſi res accuratiſſimè penſitetur, non ſolùm externè *Emplaſtra epulotica*, ſed & commodiſſima deligatio periti Chirurgi ad hanc auxiliorum Tabulam pertinere videtur.

### *Formulæ Poroticorum.*

℞. *Emplaſtr. Catagmat.* ℥iv.
*Malaxat. Ol. Hyperic. inducatur linteis expanſis,* ut applicetur membris fractis.

℞. *Oſteocoll. ppt.* ℥ß.
*Fiat. pulv. divid. in 4. dos. æqu. ad ch.* Ut quotidie mane una ſumatur cum *Aqu. Saniculæ.*

## CAPUT XIV.

### *De Medicamentis contra Ambuſta.*

§. I.

REmedia ad Ambuſta dicuntur, quæ partes à quacunque re urente læſas ſuæ integritati reſtituunt. *Anticauſticorum definitio.* Cùm verò quamplurimis rebus ardentibus partes noſtri corporis comburi queant, ſimulque ipſius uſtionis plures gradus obſervati ſint, meruit hæc doctrina ex profeſſo ab aliquibus Medicorum tractari fuſius, hinc & peculiaris extat *de Combuſtione* Tractatus, à *Guilhelmo Fabricio Hildano* in lucem e-

ditus, quo quidem non ſolùm diverſos Combuſtionis gradus, ſed & variam cujusque cauſam efficientem ita deſcripſit, ut tandem etiam pro quâlibet Combuſtionis ſpecie pecularia Remedia expoſuerit. Etenim non tam ad res urentes, quàm verò ad Uſtionis gradum, læſionisque majorem vel minorem magnitudinem, attendendum eſſe arbitramur.

*Uſtionis effectus.*

§. 2. Quæcunque ergo læſio contingens à rebus ignitis, fit per particularum ignearum validam, tum in fibrillas cutaneas, tum in lympham Glandularum miliarium, imò & vaſculorum ſanguiferorum ſuccum impulſionem, quâ fit, ut partim fibrillæ ipſæ à ſpiculis igneis punctæ criſpentur, ſive corrugentur, hincque ſucci iiſdem contenti ſubſiſtant, ac ſtagnare incipiant, partim eædem fibrillæ à ſpiculis igneis potentius mordicatæ prorſus diſſiliant & diſcindantur, ſicque Uſtionis periculoſior gradus producatur; tandemque, ubi res urens diutius membro applicata manſit, partes uſtæ penitus enecentur ſive emoriantur, propter circulationem ad affectas partes totaliter impeditam.

*Primus gradus.*

§. 3. Quod ergo jam *primum Uſtionis gradum* attinet, quo ſolùm Cuticula cum extremâ Cutis ſuperficie nonnihil aduritur, vel contrahitur, ſine veſiculis, aut puſtulis, hic indicabit *Remedia contra Ambuſtionem leniora*, quæ nimirum coagulationem humorum impediunt, & eorundem appulſionem ad partem affectam promovent, uno verbo, quæ pollent aliquali volatili Sale diſcutiente, cum particulis oleoſis ſubtilibus & unctuoſis conjuncto. Ita ut quæ in reliquis Uſtionis gradibus couducunt, in hoc caſu tantò magis proficua ſint. Proſunt hinc applicationes *Spiritûs Vini ſimplicis*, aut *Camphorati*, *Spirit. Ceras nigrorum*, *Spiritus theriacalis campho-*

*camphorati, Spiritus Lil.convall. Spirit. Anthos*, ſive *Reginæ Hungar.* & ſimilium. Vel etiam ſola *Hederæ arboreæ folia* recentia, cum Cœpis Butyro recenti incoqui poſſunt, hincque colatum & expreſſum Unguentum in uſum vocari, quod quidem remedium, etiamſi euporiſton, multis inter ſecreta & arcana, ceu valde efficax numeratur.

§. 4. Mulierculæ in leviori hocce malo, nunc *Oleum Roſarum*, nunc *Oleum Liliorum alborum, Violarum, Hyperici*, aut *Loti hortenſis*, nunc *Oleum Ovorum*, nunc *Oleum* illud *ſordidum* in lampadibus jam ſemiuſtum feliciter uſurpant, & Empyreuma iſtud perſanant; Aliæ ſolam *Aquam muriaticam, Rapis* aut *Braſſicæ ſalitis* innatantem, & de *volatili nitroſo temperato Sale* iſtarum rerum, vel plantarum multum participantem, optimo cum ſucceſſu ſub fotûs calidi formâ, ad educendum Empyreuma, curandamque Inflammationem uſurpant. Sunt qui *Atramenti, Vitrioli, Gallarum*, aut *Aluminis* etiam uſum hic commendent; verùm cum hujus generis medicamenta multum participent, de particulis *Salino acidis, ac terreſtribus adſtringentibus*, hactenus eorum uſum ſuſpectum habuimus. *Remedia.*

§. 5. In *ſecundo Ambuſtionis gradu*, in quo tota Cutis craſſities jam non ſolùm inflammata, ſed prorſus exulcerata eſt, puſtulæ nunc majores, nunc minores, propter Lymphæ in circulatione impedita ſtagnationem, & collectionem oriuntur, imò quandoque tubuli penitus exuſti & dilacerati in cincinnos abeunt, atque hinc Cruſtæ producuntur, ob ſucci appellentis defectum ſiccæ. *Secundus gradus.*

§. 6. In *tertio* denique *Uſtionis gradu*, ignis ultra Cutim penetrando etiam Carnes ſubjectas infeſtat; ita quidem ut in hoc caſu tota illa Cutis portio, quam ignis tetigit, penitus emoriatur, & fibræ *Tertius.*

bræ tubulique complures muſculorum ſub Cute ſitorum, nunc magis, nunc minus vim ignis experti utplurimum tardius regenerentur.

*Materia.* §. 7. Remedia proin hiſce vehementioribus Uſtionis gradibus convenientia, iis particulis conſtare debent, quæ motum ſanguinis & humorum circulatorium naturalem ad partes affectas jugiter fovere, hinc & quicquid exuſtum eſt, ſeparare, Ulcus extergere, Naturæque adeo in reſarciendo defectu utiles ſuppetias ferre apta ſint. Hunc in finem commendantur *Temperantia, Demulcentia emollientia*, blando *Sale volatili mucilaginoſo* aut *balſamico* gaudentia, verb. grat. *Balſamus Samaritanus*, ex *Oleo communi*, & *Vino rubro*, per coctionem confectus, *Oleum vitelli Ovorum*, *Oleum Verbaſci*, *Loti hortenſis*, *Hyperici*, *Papaveris*, *Violarum*, *Ceræ*, *Mucilago Seminis Cydoniorum*, *Seminis Pſyllii*, *Sperma Ranarum*, *Ceruſſa*, *Lithargyrium*, *Pompholyx*, *Tutia*, *Calx viva*, *Unguentum de Lithargyrio*, *populeum*, *ad Ambuſta Mynſichti*, *Camphoratum*, *Emplaſtra* tandem ex *ſuccis Herbarum Sempervivi*, *Solani*, *Hyoſcyami*, *Nicotianæ*, *de Spermate Ranarum*, *Diapompholygos*. Quibus etiam ſubinde ad Gangrænæ &Sphaceli præcautionem, ſuperaddenda ſunt *Fomenta*, ex plantis cephalicis cum Vino coctis parata.

*Formulæ.* §. 9. Formulæ autem ex ejusmodi Remediis concinnandæ, ſunt partim *Unguenta*, partim *Linimenta* & *Balſama*, partim denique *Fotus*, v. gr.

*Formulæ anticauſticorum.*

℞. *Balſam. vulner. cujuscunque boni.*
*Liquor. Saturni opt. dulcific. ana* ℥j.
*M. d. ad Oll.* Vel
℞. *Ungt. de Litharg.*
*alb. camphor. ana* ℥j.

*Ol.*

*Ol. Cer.* ℥ij.

*M. pro inungendis partibus, bis vel ter de die.*

Vel

℞. *Ol. Ovor.*
*Hyperic. ana* ℥j.
*Calc. viv.*
*Litharg. ana* ʒij.
*Camphor.* ʒj.
*M. d. ad Oll.* Vel

℞. *Ol. Roſar.*
*Lot. hortens. ana* ʒiij.
*Emplaſtr. de ſperm. Ran.* ʒvj.
*Ceruſſ.* ʒj.
*Camphor.* ℈ij.
*M. F. Unguentum inungendum.* Vel

℞. *Mucilag. Sem. Cydon. cum Aqu. Spermat. Ran. fact.*
*Vitell. Ovor. ana* ℥ij.
*Ol. Hyperic.* ℥iß.
*Lil. albor.* ℥j.
*Ceruſſ.* ʒiij.
*Magiſter. Antimon.* ʒj.
*M. d. ad Oll.*

℞. *Rad. Allii, vel Cepar. Num.* iv.
*Fol. Hed. arbor. rec. M*ij.
*Inciſa tenuiter coque in Butyro rec. hinc Colaturæ expreſſæ adde*
*Olei Ceræ* ℥ß
*Lil. albor.* ℥iß.
*Miſc. detur ad Oll.*

℞. *Ol. Ovor.* ℥iß.
*Ceræ* ℥ß.
*Ceruſſ. Litharg.*
*Tut. Camphor. ana* ʒj.
*Miſc. f. Linimentum.*

℞. *Aqu. Calc. viv.*
*Spir. Vin. camph. ana* ℔ß.

*Miſc. ad Vitr.* Ut fiant cum linteis hoc liquore imbutis fomentationes calidæ. Vel

℞. *Herb. Beton.*
*Abſynth.*
*Origan.*
*Hed. terr.*
*ana M*j.
*Myrrh. Camph. ana* ʒij.

*Inciſ. & cont. coqu. in Vino alb. q. ſ.* ut lintea calenti liquori immerſa ambuſtis partibus applicentur. Vel

℞. *Flor. Fœni ſicc. M*iv.
*Stercor. caball. bolos* iv.

*Affunde Vini alb. q. ſ. & ſæpe calefiat pro fomentatione.*

---

# CAPUT XV.

## *De Reſolventibus.*

§. I.

*Reſolventium definitio.* ETſi *Reſolventium* materia hinc inde ſub Tabulâ *Aperientium, Cephalicorum, Cardiacorum, Hepaticorum, Sudoriferorum, Diureticorum,* &c. ſpecialiùs tradatur, hic tamen in genere ſub *Reſolventium* Claſſe illa tantùm Remedia indigitata cupimus, quæ humorem qualemcunque in partibus coagulatum & congeſtum attenuant, reſolvunt, atque fluidiorem efficiunt, quæ ſicubi *externo* uſui adhibeantur, *Diſſipantia* vel *Diſcutientia* appellari merentur; quando autem *interné* præbentur, aptius *Reſolventia*, vel etiam *Grumos ſanguinis Diſſolventia* dicuntur,

*Differentia*

cuntur, reverâ enim huc pertinent ea, quæ ſanguinem ubicunque coagulatum & congrumatum diſſolvunt, motuique ſuo tam inteſtino, quàm circulari reſtituunt.

§. 2. Ideoque *Reſolventibus* uti ſolemus, quandocunque aut in externis, aut etiam in internis partibus, ſanguinem aliosvè humores ſive jam coagulatos eſſe, ſive demum concreſcere velle obſervamus. Cùm autem iſta humorum coagulatio procedat partim ab acido aliquo coagulante, in ſanguine collecto, partim in exterioribus Membris à contuſione, aliâve cauſâ externâ, non alio modo *Reſolventia* agent, quàm acidum humorum coagulum deſtruendo, craſſas itidem particulas attenuando, viſcidasque incidendo. Ut proin omnia ea ſint *Reſolventia*, quæ *alcalinis* tàm *fixis*, quàm *volatilibus*, nunc purè *ſalſis* & *terreſtribus*, nunc magis minusvè *balſamicis* & *ſulphureis* particulis, valdè diſſolvunt, harumque inſuper mobilitate ipſas humoris coagulati particulas in motum reſuſcitant. *Uſus.*

§. 3. In hanc igitur Claſſem referimus omnia *Aperientia*, *Diaphoretica* & *Vulneraria* pleraque, ex quibus tamen peculiarius commendantur *Radices Ariſtolochiæ, Vincetoxici, Aſparagi, Apii, Scorzoneræ, Bardanæ, Carlinæ, Chinæ, Fœniculi, Pimpinellæ, Folia & Herbæ Rutæ hortenſis & murariæ, Artemiſiæ, Abſynthii, Abrotoni, Meliſſæ, Betonicæ, Saniculæ, Satureiæ, Sabinæ, Cardui bened. Scabioſ. Thymi, Apii hortenſis, & montani, Pyrolæ, Vincæ pervincæ, Baccæ Juniperi, Lauri, Semina Fœniculi, Raphani, Napi, Aniſi, Aquilegiæ, Carbones Tiliæ aceto reſtinctæ, Gum̃i ammoniacum*, vel *arabicum aceto ſolutum.* Quibus porrò adduntur *Mumia, Coagulum Leporis, Cinis* ♋*rorum fluviatilium, Mercurius dulc. Cinnab. nativ. vel Antimon correct. Pulv. Viper. ppt. Spiritus* *Materia.*

ac *Salia volatilia, Pulveres diaphoretici fixi, Pulvis* itidem *contra caſum Auguſtanus*, ex quibus variæ Formulæ componi poſſunt v. gr.

*Formulæ Reſolventium.*

℞. *Radix. Vincetox.*
*Ariſtol. rotund. ana* ℥ij.
*Herb. Sanicul.*
*Artemiſ. ana M*j.
*Semin. Nap.* ʒj.
*Bol. Armen.* ℥ß.
*Carbon. Til. aceto reſtinct.* ʒiij.

*Inciſa & contuſa coque in M*ß. *Vin. alb. eâdemq; quantitate Aquæ, ad aliquod ebullitiones, de Colaturâ mane ac veſperi cyathus propinetur, pro reſolvendo ſanguine congrumato.*

℞. *Spermat. Cet. rec.* ʒij.

*D. ad chart pro* ij. *doſibus, & inde mane ac veſper. doſis in Juſculo ſoluta capiatur.* Vel

℞. *Pulver. ad Caſum Aug.* ʒij.

*Divid. in.* 4. *partes æq. mane ac veſperi cum Juſculo ſumendas.*

℞. *Aqu. Cherefol. Card. ben.*
*Naſturt. aquat.*
*Apii hortenſ. ana* ℥ij.
*Antimonii diaphor.*
*C. C. ph. ppt. ana* ℈j.
*Salis volatilis Viper* ℈ß.
*Roob. Juniper.* ʒj.

*M. ad Vitr. pro* ij. *vel* iij. *doſibus.* Vel

℞. *Elix. propriet. ſine acid.*
*Spirit. Salis armon aniſat. ana* ʒj.
*Eſſent. Zedoar.* ℈j.

*M. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xx. *gutt. m. ac v.*

℞. *Sang.*

℞. *Sang. Hirc. ppt.*
*Ebor. ppt.*
*Spin. Viper. ppt. ana* ℥j.
*M. f. p.ſ. div. in* vi. *doſ. æqu. ad ch. m. & v. in juſculo ſumendas.* Vel

℞. *Ocul. 69. ppt.*
*Antimon. diaph.*
*Bezoard. min.*
*Terræ ſigill. ana* ℈ij.
*Sal. vol. C.C.* ℈j.
*Sacch. penid.* ℥ß.
*M. f. p. ſ. div. in* vi. *doſ. æqu. ad ch.*

# CAPUT XVI.

## *De Diſcutientibus.*

§. 1.

Diſcutientia remedia vocantur, quæ Humorem inſpiſſatum alicubi ſtagnantem reſolvere, attenuare, & ſuæ fluxilitati reſtituere, ſicque Tumores varii generis, à ſtagnationibus oriundos diſſipare valent. Aliàs etiam *Rarefacientia, Diſſipantia, Reſolventia externa* dici merentur. *Diſcut. definitio.*

§. 2. Horum uſus latè patet, cùm valdè multi affectus externi ab humorum ſtagnatione proficiſcantur, quemadmodum *Inflammationes, Abſceſſus, Eryſipelas, Oedema, Scirrhus, Gangræna, Sphacelus, Dolores, Arthritis, Rheumatiſmus, Hydrops* &c. in quibus Diſcutientia locum inveniunt, quando Medici conſilium eſt, mali cauſam proximam & inhærentem profligare, id eſt, Humores vitiatos in Vaſculis partium obhærentes, diſſolvere, & ſuæ circulationi reſtituere. *Uſus.*

*Modus agendi.* §. 3. Talem verò effectum Diſcutientia obtinere videntur, virtute particularum, quæ activitate & ſubtilitate ſuperant moleculas Humorum, in ſuis canaliculis ſtagnantium, ita ut quando applicantur hæc remedia, in forma *Fomenti*, aut *Lotionis*, aut *Epithematis*, *Embrocationis*, *Balnei*, *Emplaſtri*, *Unguenti*, &c. tum particulæ ſubtiles illorum poros cutaneos ingreſſæ, & intra ipſos tubulos admiſſæ, cum impetu in craſſiores Humoris ſtagnantis allidant, coagulatas diſſolvant, viſcidas attenuent, lentas propellant, ſicque inteſtinum motum producendo, univerſam humoris copiam exſolvant, atque diſpellant, tanto id magis, quando ſimul fibrillæ elaſticæ Vaſorum, activis & ſpirituoſis horum remediorum particulis ſtimulantur, & animantur, unde ſuo tono, elatere & niſu invaleſcunt, humoremque contentum eo efficaciùs propellunt.

*Principia.* §. 4. *Principia* in Diſcutientibus reperiuntur varia, ſed potiſſimum ſpirituoſæ, ſubtiles, acutæ particulæ in iis dominantur, nunc *aromaticæ*, ſive ſalino *volatiles oleoſæ*, velut *in Croco*, *Angelica*, *Rutâ*, *Mentha* ; nunc *ſulphureæ volatiles*, cum *acido conjunctæ*, & in phlegmate quodam natantes, ſicut in *Spiritu Vini*, *Ceraſorum*, *Juniperi*, &c. nunc *reſinoſæ*, *gummoſæ*, &c. ut in *Myrrhâ*, *Terebinth.* nunc *oleoſæ* ſubtiles, ut in *Camphorâ*, Oleis deſtillatis *Juniperi*, *Roriſm.* &c. nunc ſui generis *mercuriales*, ut in *Emplaſtro*, *Unguento mercuriali*, nunc *aquoſæ*, mineralibus *ſulphureis*, *nitroſis* &c. armatæ, prout in *Thermis*, nunc demum terreſtribus, poroſis, quæ nonniſi calore extrinſeco vim diſcutiendi abſolvere videntur.

*Materia.* §. 5. Materia Diſcutientium probatiſſima ſequens eſt: Ex regno vegetabili *Radices Angelicæ*,

*Imperat.*

*Imperat. Dictamni, Galang. Zedoar, Mutellin. Cortex medianus Sambuci, Herbæ Rutæ, Calaminthæ, Menth. Salv. Serpill. Origani, Major. Rorism. Meliſſ. Abſynth. Matriar. Scordii, Sabinæ, Cherefol. Piperit. Perſicar. Abrot. Tanaceti, Ocymi, Thymi, Lavend. Hyſſop. Ariſtoloch. Chamomill, Flores Sambuc. Melilot. Chamom. Semina Tritici, Zeæ, Avenæ, Milii, Aniſi, Fœni græci, Carvi, Cumini, Baccæ Junip. Lauri; Furfures, Aromata quævis, Crocus,* Gummata & Reſinæ, *Camphora, Myrrha, Succinum, Storax, Benzoin, Ammoniac, Anima, Bdellion, Elemi, Juniper. Galban. Tacamahac. Terebinthina, Reſina, Pix.* Ex eodem regno præparata & compoſita habentur *Acetum Vini calidum, Vinum calid. Fæces Vini, Spiritus Vini ſimpl. vel rectif. vel camph. Cerafor. nigr. Junip. theriacal. camph. Lil. conv. Anthos, Meliſſ. Antapoplect. Anhaltin. Matrical.* Olea infuſa, vel cocta, *Aneth. Chamomill. Melilot. Abſynth. Colocynth.* Item Olea deſtillata, *Lavend. Roriſm. Major. Spicæ, Junip. Tereb. Succin. Pini, Rutæ,* &c. *Ungt. alb. & rubr. camph. Ungt. mercurial. Emplaſtra de Bacc. Lauri, Beton. Diaphor. Mynſ. de* Melilot. *de Cicutâ, de Ranis Vigon. cum Mercurio, Oxycroc. de Sperm. Ceti, Norimberg. Ceratum commune, Santalinum, Balſamus Succin. Lavend. Rut. Eſſentia Croc. Myrrh. Aloës, Camphoræ, Species & trochiſci fumales.* Ex regno animali hûc referuntur: *Stercus equinum rec. vaccin. columbin. Urina equi, bovis, vaccæ, Axungia, Caſtor. Vulp. Human. Serpent. Aſciæ piſc. Spiritus vol. C. C. Ebor. Sang. hum. Formicar.* Ex regno tandem minerali diſcutiendi vim obtinent, *Farina calefacta qualiscunq;, Bolus alb. rubr. Creta, Sal commune, Cineres, Sulphur, Mercur. viv. Sal armoniac. Nitrum, Thermæ,* &c.

*Formulæ*

*Formulæ Diſcutientium.*

℞. *Spir. Vin. camph.* ℥iv.
*Aqu. Calc. viv.* ℥j.
*Eſſent. Croc.* ʒij.
*Miſc. detur ad Vitr.* Ut lintea liquori calefacto immerſa ſæpius applicentur. Vel

℞. *Spir. Vini camph.* ℥iv.
*Meliſſ.* ℥j.
*vol. C. C.*
*Sal. arm. ana* ℥ß.
*Tinct. Myrrh.* ʒij.
*M. d. ad V. ut ſupra.*

℞. *Aqu. Calc. viv.* ℔j.
*Mercur. ſublimat. in Aqu. Roſ. ſolut. q. ſ.*
*De ſolutione mercuriali affunde guttatim in Aquam Calcis, donec illa valde flava ſit reddita,* quam dein ſæpius calefactam linteis excipe ad fomentandas partes.

℞. *Rad. Angelic. Imperat. ana* ℥ß.
*Herb. Salv. Scord.*
*Meliſſ. ana* Mj.
*Flor. Chamom. Melilot. ana* Mß.
*Bacc. Lauri, Junip. ana* ʒij.
*Inciſa & contuſa coqu. in Vino albo pro fomentationibus.* Vel

℞. *Rad. Valerian. Carlin.*
*Vincetox. ana* ʒij.
*Herb. Scord. Menth.*
*Nicotian.*
*Flor. Sambuc. ana* Mj.
*Aloës, Myrrh.*
*Camphoræ ana* ʒij.
*Bolor. Stercor. equin. No* vi.
*Inciſ. & cont. coqu. in Vino alb. & cum linteis*
*hoc*

*hoc liquore calente imbutis, nec non inſuper Spiritu Vini camph. irroratis, fiant fomenta.*

℞. *Herb. Chamom. cum flor.* ℔ij.
*Calaminth. Meliſſ.*
*Orig. Serpill. ana* ℔ß.

*Inciſa inſuantur ſacco, qui coquatur in Aqua fluviali, pro balneo.*

℞. *Farin. volat.* ℔ß.
*Bol. alb. & rubr. vulg. ana* ℥iij.
*Cretæ* ℥ij.
*Flor. Sambuc.*
*Melilot. ana* ℥iß.
*Camphor.* ʒvj.

*Miſc. fiat Pulv. ſubt detur in ch.* Ut aliquot manipuli inde calefacti, & linteo inſtrati calidè applicentur, ſingulis bihoriis renovando, in *Eryſipelate, Arthritide, Oëdemate.*

℞. *Flor. Sambuc. Melilot.*
*Chamomill. ana M*ij.
*Bacc. Junip.*
*Sem. Carvi ana* ʒiij.
*Salis armon.* ℥ß.
*Camphoræ* ʒij.

*Inciſa & contuſa inſuantur ſacculis duobus, qui alternis vicibus fumo juniperino calefacti applicentur.*

℞. *Olei deſt. Junip. vel*
*Abiet. vel*
*Succin.* ℥j.
*Spir. Sal. arm.* ℥ß.

*Miſc. detur in Vitr.* Ut inungatur ſæpius.

℞. *Balſ. Lavend. vel*
*Rorism. vel*
*Succin.* ʒij.

*D. in pyx. ut temporibus inungatur.*

℞. *Ungt.*

℞. *Ungt. camph. alb. vel rubr.* ℥j.
*Ol. Philoſ.* ℥ß.
*Miſc. detur ad pyx. ut quotidie aliquoties inungatur.*

℞. *Empl. de Ran. Vig. cum 4druplo Mercur.* ℥j.
*Malax. Oleo deſt. Succin. inducatur linteo expanſo, & applicentur emplaſtra quotidie renovanda.*

# CAPUT XVII.

## *De Anodynis, Paregoricis, Narcoticis, Hypnoticis.*

§. I.

*Anodynorum definitio.* QUum in Machinâ humanâ nihil frequentius occurrat, imò fortè nihil magis eandem affligat, quàm *Dolor* à variâ partium læſione contingens, Mortalium fermè primæ curæ fuiſſe videntur, ea invenire *Remedia*, quæ Dolori quomodocunque mederi, & inde inquietatam Machinam ad dulcem quietem reducere poſſent. Hæc autem Medicamina, quæ Dolorem quomodocunque ſiſtere, ſpiritusque animales in partium læſione incommodè motos, ad dulcem quietem revocare valent, *Anodyna*, vel *Paregorica*, aut ſi ſimul ſomnum inducant, *Hypnotica*, *Narcotica* vocantur.

*Modus agendi.* §. 2. Cùm autem dolor præcipuam originem trahat, à contriſtato ſenſu Tactûs in hac vel illa parte nervoſâ, aut membranaceâ, ſive internâ, ſive externâ : cumque triſtem hanc ſenſationem ea omnia inferant, quæ unitatem fibrarum nervearum ſive lacerando, ſive pungendo, ſive mordicando,

ſive

ſive contundendo, ſive denique diſtendendo lædere, hincque ſpiritus animales in certos motus impetuoſos ſuſcitare poſſunt, ea demum Remedia in cenſum *Anodynorum* referenda venient, quæ vel læſioni partis ſtatim mederi, vel turbatos ſpiritus demulcere, & ad priſtinos naturales motus reducere apta ſunt.

§. 3. Materia proin, è quibus *Anodyna* & *Paregorica* conſiſtere debent, ferè eſt *ſulphureo balſamica*, ſicuti enim Salia ſuis ſpiculis plerumque dolores excitant, ita Sulphurea, quæ illa ſalium ſpicula in ſeſe abſorbent, & inviſcant, Cauſæ dolorum erunt contraria, ſicque vera *Anodyna*. Talia autem occurrunt, vel ſub nomine *Emollientium*, inprimis *mucilaginoſorum*, quæ præſertim externè ſuum præſtant ſalutarem effectum, atque ejuſmodi exiſtunt *Radices Conſolidæ, Althææ, Malvæ, Herbæ emollientes omnes, Portulacæ, Brancæ urſinæ; ut & Hyoſcyami, Solani, Nicotianæ, Scrophulariæ, Cicutæ, Linariæ, Verbaſci, Cynogloſſi, Flores Meliloti, Chamomillæ, Verbaſci, Papaveris omnis, Fructus ficûs, Paſſulæ majores, Lac, Butyrum, Axungiæ* & *Seva* quæcunque, *Medulla Oſſium*. Quibus adde *Plantarum* recenſitarum *Olea*, item *Semina frigida majora ac minora, ut & Semen Papav. alb. Amygd. dulc.* &c. *Materia.* *Mucilaginoſa, demulcentia.*

§. 4. Sed & ad *Anodyna* referre licet, quæ humores alicubi ſubſiſtentes & coagulatos reſolvunt, ac ad debitam circulationem reducunt, quemadmodum ſunt, quæ ſali acido reſiſtunt, ac viſciditatem attenuant atque diſcutiunt, hinc è *Reſolventium* ac *Diſcutientium* Tabulâ meritò petenda, ſale nimirum volatili oleoſo multum prædita, hæc enim videmus, exterius ſaltem applicata, pungitivos partium Dolores, à flatibus, aut ſero acri ſtagnante oriundos, demulcere & abigere, vel *Spirituoſa diſcutientia.*

etiam

etiám Inflammationes alicubi natas promptè diſſipare.

Nervina. §. 5. Sed huc etiam referenda veniunt *Nervina, roborantia*, ut & *Diſcutientia gummatoſa* atque *mercurialia*, qualia è Tabulâ *cephalicorum* & *nervinorum* huc trahenda; ſed quòd probè notandum, *narcoticis* ſemper pro rei neceſſitate miſcenda. Hinc Formulæ tales eſſe poterunt, in diverſis Dolorum ſpeciebus utiles, v. gr.

## *Formulæ Paregoricorum.*

℞. *Aqu. Fænic. Lactuc.*
*Meliſſ. ana* ℥j.
*Spir. C. C.* ʒß.
*Eſſent. Opii liquid. gutt.* xii.
*Syr. Rub. idæi* ℥ß.
*M. d. ad Vitr.* Sumatur ij. doſibus mane & noctu, in Dolore Dentium, vel Cephalalgiâ.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.*
*Semin. Melon.*
*Cucumer. ana* ʒij.
*Card. ben.*
*Papav. alb. ana* ʒj.
*Aq. Fumar. Plantag.*
*Scabioſ. ana* ℥iiß.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*
*Syr. anodyn.* ʒvj.
*Antim. diaph.*
*C. C. ph. ppt. ana* ʒß.
*M. d. ad Vitr. pro* iij. *doſibus, ſpatio hor.* xxiv. *ſumendis.* In Nephritide, Diarrhœâ, Teneſmo, ſimilibusque aliis Doloribus.

℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
*Ol. Hyoſcyam expr.*
*Laurin. ana* ʒiij.

*deſt.*

*deſt. Bacc. Junip.* ℨj.

*M. d. ad Oll.* Et partes dolentes ob ſerum ſalſum ſtagnans, quòd *frigidam Defluxionem* appellare ſolent, inde inungantur. Vel

℞. *Ungt. de Alabaſtr.*
*popul. ana* ℨj.
*Ol. Sem. Papav. alb. expr.*
*Hyoſcyam.*
*Nuciſt. expr. ana* ℨß.
*deſt. Rutæ*
*Roſmar. ana gtt.* vj.
*Opii aceto ſolut.* ℈ß.

*M. d. ad Pyxidem*, pro inungendis temporibus, & Vertice, in Cephalalgiâ & Hemicraniâ.

℞. *Herb. Chamom. Malv.*
*Alth. Menth.*
*Calam. Abſynth. ana M*j.

*Inc. coqu. in Lact. vacc. q. ſ. quo fomententur partes dolentes.*

℞. *Micæ pan. M*ij.
*Vitell. Ovor. num.* ij.
*Croci* ℨj.

*Cum Lact. f. Cataplaſma, dolentibus partibus calidè applicandum.*

§. 6. Quod jam *Somnifera* ſive *Narcotica* in ſpecie attinet, qualia nimirum ſomnum plus minus blandum vigilantibus inducere dicuntur, ea omnia in talem cenſum, ſive claſſem referri debent, quæ ſpiritus animales quomodocunque ligare, aut impedire valent, quo minus è Cerebro in genus nervoſum, hincque in muſculos ſufficienti copiâ influant. Faciunt autem hoc primò ea, quæ ſerum in Maſſâ ſanguineâ augent, ſimulque particulas ſanguinis in rapido & æſtuante motu conſtitutas compeſcunt, & ad pacatiorem motum invitant; Qua- *Hypnotica & Narcotica.*

*Refrigerantia.* lia ſunt potus largior *Aquæ fontan.* aut *Aquarum deſtillatarum refrigerantium*, v. gr. *Lactucæ, Portulacæ, Nymphææ*, &c. Huc refer *Emulſiones*, ex *Seminibus frigidis cum Aquis prædictis paratas*, ut & *Epithemata frontalia*, ex *Aquâ Roſarum, Verbenæ, Anethi, Hederæ terreſtris, Florum Sambuci, Solani* aut *Pulegii*, non omiſſo *Aceto rutaceo*, vel *roſaceo* concinnata. Tandem & *Pediluvia*, ex *Decoctione Foliorum Quercûs, Vitis, Salicis, Capitum Papaveris, & Calicum Roſarum, Furfuris* atque *Cinerum* facta.

§. 7. In ſpecie tamen magis Spiritus ligant animales, vel eorum ſaltem proventum atque influxum ſufficientem præpediunt ſpirituoſi ora, quæ pollent *ſulphureo ſalinis* particulis, ſerum ſanguineum facilè fundentibus, atque in vapores narcoticos ſolventibus. Hujuſmodi exiſtunt in Claſſe Alimentoſorum *Cereviſia, Vinum, Spiritus Vini, Succi Arborum*, aut *Fructuum* nonnullorum *inebriantes*, quique adeo largis hauſtibus poti animum omni curâ evacuant, & blandum plerunque ſomnum inducunt. Inprimis autem hûc referenda ſunt *Crocus, Papaveracea, Opiata* cautè ſumta, *Theriaca* tam *Andromachi* ordinaria, quàm ejuſdem *Extractum*, ſub nomine *Theriacæ cæleſtis, Eſſentia Opii liquida, Laudanum opiatum, Electuarium Diaſcordii, Requies Nicolai, Pilulæ de ſtyrace, de Cynogloſſâ, Syrupus Papaveris albi, Anodynus, Philonium Romanum, Mithridatium, Damocratis*; unde Formulæ tales, ad ſtuporem & ſomnum blandum ſuſcitandum, nobis probatæ ſunt:

## *Formulæ Hypnoticorum.*

℞. *Aq. Lactuc.*
*Portulac. ana* ℥ij.
*Syr. anod.* ℥j.

*M. d.*

*M. d. ad Vitr.* pro doſi nocturnâ, horâ ſomni capiendâ. Vel

℞. *Aqu. Endiv. Cichor.*
*Fragar.*
*Papav. rhead. ana* ℥j.
*Syr. de Nymph.*
*Papav. alb. ana* ℥ß.
*Eſſ. Opii Liqu. gutt.* iiij.
*M. d. ad Vitr.* pro doſi ut ſuprà. Vel

℞. *Nucl. Perſicor.*
*Semin. 4. frig. maj.*
*Lactuc. ana* ʒj.
*Aq. Plantag.*
*Lactuc. ana* ℥ij.
*Acetoſæ*
*Roſar. ana* ℥j.
*F. l. a. Emulſ. cui adde*
*Syr. Papav. alb.* ℥j.
*D. ad Vitr. pro doſi nocturnâ.* Vel

℞. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒiß.
*Citr. Lactuc. ana* ʒj.
*Aq. Endiv. Taraxac.*
*Portulac. ana* ℥ij.
*Roſar.* ℥j.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*
*Syr. de Nymph.* ℥iß.
*Ther. cœl. gr.* vj.
*M. d. ad Vitr. pro unâ, vel* ij. *doſibus.* Vel

℞. *Amygd. dulc. rec. excort.*
*Semin. Melon. Cucurb. ana* ʒj.
*Papav. alb.* ʒij.
*Aq. Acetoſ. Cichor.*
*Lactuc ana* ℥j.
*Nymph.* ʒvj.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*

*Julep. roſac.* ℥vj.
*M. d. ad Vitr. pro doſi, ut ſuprà.* Vel
℞. *Conſerv. Roſ. rubr.* ʒj.
*Antimonii diaphor.* ℈ß.
*Cinnab. Ant. gr.* iij.
*Laudan. opiat. gr.* j.
*Cum Sacch. f. Bolus pro doſi.* Vel
℞. *Theriac. Androm.* ʒj.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℈j.
*Semin. Lactuc.* ℈ß.
*Cum Sacch. F. Bolus pro doſi.* Vel
℞. *Elect. diaſcord. Frac.*
*de Requie Nicol. ana* ʒß.
*Ebor. ppt.* ℈j.
*Cum Sacch. f. Bolus pro doſi.*
℞. *Antimon. diaphor.*
*Succin. alb. ppt. ana* ℈ß.
*Laudan. opiat. gr.* j.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ch. pro doſi.* Vel
℞. *Cran. human. ppt.*
*Bol. Armen. ppt. ana gr.* viij.
*Cinnab. nativ. opt. gr.* iiij.
*Laudan. opiat. gr.* j.
M. *f. Pulv. ſubt. pro doſi.* Vel
℞. *Semin. Papav. alb.* ℈j.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℈ß.
*Ol. deſtill. Lavendul. gutt.* j.
*Sacch. cand. alb. gr.* xii.
*M. f. Pulv. ſubt. pro doſi.* Vel
℞. *Extract. Cent. min.*
*Helen. ana gr.* iij.
*Laudan. opiat. gr.* j.
*Ol. ſtillat. Maj. gutt.* j.
*M. f. l. a. Pil. Num.* iiij. *inauratæ dentur pro doſi.* Vel

℞. *Extract.*

℞. *Extract. Betonic. gr.* iiij.
*Croc. gr.* ij.
*M. P. de Cynogloſſ. gr* v.
*Ol. ſtillat. Succin. gutt.* j.
*M. F. Pil. num.* vj. *pro doſi.* Vel
℞. *Theriac. cæleſt. gr.* vj.
*Extract. Betonic. gr.* iij.
*Caſtor. gr.* ij.
*Ol. ſtillat. Majoran. gutt.* j.
*M. f. l. a. Pilul. num.* vij. *inauratæ dentur pro doſi.* Vel
℞. *M. P. è ſtyrac.* ℈ß.
*Ol. ſtillat. Meliſſ. gutt.* j.
*M. F. l. a. Pil. Num.* v. *inauratæ d. ad chart. pro doſi.*

## CAPUT XVIII.

### *De Remediis Sanguinem Siſtentibus, ſive Iſchæmis.*

§. I.

*Iſchæmorum definitio.*

I*Schæma*, ſive *Sanguinem Siſtentia Remedia* ea appellari ſolent, quæ ſanguinem undecunque copioſius è vaſis profluentem cohibere, ſicque vaſa præternaturaliter aperta, eroſa, lacerata, aut aliàs hiantia obſerare valent. Ex quo patet, deſtinari hæc medicamina Hæmorrhagiæ cuicunque, ubi ſanguis, quâ datâ portâ, ſive è Naribus, ſive è Pectore per Hæmoptoën, ſive è Ventriculo per Vomitum, ſive ex Alvo per Fluxum hepaticum, Hæmorrhoidalem aut Dyſentericum, ſive è Renibus per Fluxum urinæ cruentum, ſive ex Utero per Hæmorrhagiam uterinam, ſive denique è Vulneribus profluat.

*Diſtinctio.* §. 2. Diſtingui hinc poſſunt hæc *Iſchæma* in *externa* & *interna*; ad *Claſſem internorum* referri debent ea omnia, quæ nimiam ſalſedinem & acrimoniam Sanguinis plus minus acidam, particulis ſuis abſorbentibus, præcipitantibus, & nonnihil adſtringentibus emendare valent; Vel etiam, quæ nimiam ſanguinis tenuitatem & turgeſcentiam incraſſant ac refrænant; quæ itidem copiam in Plethoricis imminuunt per *Venæ Sectionem* aut *Cucurbitulas.*

*Iſchæma interna.* §. 3. Materia itaque *internorum Iſchæmorum* conſtabit, partim ex *incraſſantibus* & *adſtringentibus*, partim ex *terreis & abſorbentibus*, partim ex *aqueis* & *acidiuſculis* refrœnantibus, ſive *reſtinguentibus*. Inter *adſtringentia* aut *incraſſantia* hûc referri debent & poſſunt, omnes *Pulveres*, *Eſſentiæ* atque *Tincturæ adſtringentes*, in quibus eminent *Tinctura antiphthiſica*, *Tinctura Corallorum*, *Eſſentia Martis adſtringens*, *Eſſentia Catechu*, *Tinctura Lapidis Hæmatitini*, *Radices Tormentillæ*, *Biſtortæ*, *Plantaginis*, *aliæque adſtringentes*, *Succus Japonicus*, *Muſci* varii generis, atque inprimis *Muſcus Cynosbatos*, *Cortex Granatorum*, *Flores Balauſtiorum*, *Eſſentia Foliorum Quercûs*, *Syrupus myrtinus*, &c.

*adſtringentia.*

*Terrea abſorbentia.* §. 4. *Terrea abſorbentia* ſunt *Unicornu foſſile*, *Lapis Hæmatites*, *Sanguis Draconis*, *Corallia*, *Margaritæ*, *Unic. foſſile*, *Conchæ pptæ*, *Bolus Armena*, *Terra ſigillata*, *Crocus Martis adſtringens.* &c.

*Acida & aquea.* §. 5. Ad *Acida* & *aquea refrigerantia* referunt communiter *Acidulas Aquas*, *Spiritus acidos*, *Syrupos acidiuſculos*, *Aquam deſtillat. Plantaginis*, *Lactucæ*, *Ulmariæ*, *Burſæ Paſtoris*, *Taraxaci*, *Endiviæ*, *Portulacæ*, *Rubi idæi*, *Graminis*, *Polygoni*, *Nymphææ*, &c. *Emulſiones Amygdalarum dulcium.* Quibus omnibus ſuperaddi poſſunt *Opiata* figentia, & ſanguinis tenuitatem incraſſantia.

§. 6. At-

§. 6. Atque hæc omnia hactenus commendata, interno quidem uſu indicationibus omnibus ſatisfacere credenda ſunt, quippe lixivioſum, alcalinum, rarefactum & reſolutum Sanguinem concentrantia, inſpiſſantia, congelantia, mitigantia & figentia; vel etiam ſanguinis nimis acidi acrimoniam temperantia, abſorbentia, edulcorantia, nimiamque coagulationem reſolventia; vel denique turgeſcentiam particulis nitroſis, vitriolicis, aliisque fixioribus refrænantia, reſtinguentia. *Modus agendi.*

§. 7. Præter *Interna*, ſubinde opus quoque eſt *Externis*, vel actu, vel potentiâ refrigerantibus, adſtringentibus & condenſantibus, Atque hanc in Claſſem referuntur *Venæ Sectiones*, *Cucurbitulæ cum ſcarificatione*, *Epithemata è Terra ſigillata*, *Bolo Armenate*, aliisque condenſantibus, cum *Aceto in formam Cataplaſmatis* ſubacta, & frigidè applicata. *Lapis Hæmatites*, *Cryſtalli*, *Chalybs*, *Lapides Jaſpidis*, *Marmoris*, aliaque frigida manibus prehenſa; item *Herbæ Burſæ paſtoris*, *Polygoni*, *Equiſeti*, manibus retenta, donec incaluerint. *Bufo exſiccatus*, *aceto conſperſus*, & ſub *alam alterutram* alligatus. Tandem & *Lintea Aceto roſaceo*, *violaceo*, &c. intincta, frigidè pudendis applicata, Hæmorrhagiæ Narium ac Uteri mederi obſervata ſunt, ut ea jam taceam, quorum *Celeberrimus Wedelius in Amœn. Mat. Med.* prolixam mentionem injicit. *Iſchæma externa.*

§. 8. In *Hæmorrhagiis* autem *Vulnerum*, non actu præciſè frigida, ſed vera adſtringentia & ſtegnotica veniunt adhibenda, & cùm inter hæc palmam obtineant, facemque præferant *vitriolica*, hæc tamen cautela maximoperè practico Medico eſt attendenda, ne ea adhibeat in Vulneribus Pectoris, ubi Venæ & Arteriæ Cordi vicinæ ſunt laceratæ, vel læſæ, quia ſic venoſus ad Cor recurrens ſan- *Uſus eorum.*

 guis

guis facilè alterari, ex unâ parte coagulari, ex alterâ verò reſolvi poſſet, ſicque mortem accelerare; neque in Vulneribus Nervorum & Tendinum, ubi cum Hæmorrhagiâ nervoſæ inſigniores fibræ ſimul patent, his enim Vitriolum maximè adverſum, facilè Convulſiones, Gangrænam, & mortem inducere valet. In aliis autem carnoſis Vulneribus, ejus uſum admittimus, ubi ſimul adjunguntur alia *Stegnotica*, verb. gr. *Pulvis Terræ ſigillatæ*, *Lapidis Hæmatitis*, *Sanguinis Draconis*, *Succi Catechu*, *Crepitûs Lupi*, *Pilorum Leporinorum*, *Muſcorum variorum*, *Gallarum*, *Farinæ volatilis*, *Terræ vitrioli dulcis*, *Croci martis adſtringentis*, *Unicornu foſſilis*; Præter hæc Lintea carpta ſicca, vel *Stupa Albumine Ovi* imbuta, vel Liquori alicui immerſa & applicata conducit.

§. 9. Subinde *Ligaturæ pedum* & *Brachiorum* admittendæ ſunt fortiores. Quandoque vaſa in Vulneribus, ſi reliqua non juvent, candente ferro tanguntur, ut ita fluxus ſanguinis ſiſtatur. Imò interdum filo Arteriæ vulneratæ ligantur, aut etiam in Aneuriſmate comprimuntur validè. *Stercus ſuillum* etiam ſæpe inſtar Cataplaſmatis applicatum mira præſtat. Formulæ Iſchæmorum ſequentes interim eſſe poterunt.

## *Formulæ Iſchæmorum internorum.*

℞. *Aq. Plantag.*
*Burſ. paſtor. ana* ℥iß.
*Syr. myrtin.* ℥j.
*Corall. rubr. ppt.*
*Croc. martis adſtring. ana* ʒß.
*M. d. ad Vitr. Sumatur aliquot doſibus.* Vel
℞. *Aq. Polygon. Portulac.*
*Tormentill. ana* ℥iß.

*Syr.*

*Syr. Cydonior. Plantag.*
*Anodyn. ana* ℥ß.
*Eſſent. Opii* ℈ß.
*Unicorn. foſſil.* ʒß.
*C. C. uſt. ppt.*
*Lap. Hæmat. ppt.*
*Sang. Drac. ver. ana* ℈j.
*Rotul. Man. Chr. ſimpl.* ʒiiß.
*M. d. ad Vitr. pro* iij. *vel* iiij. *doſibus.* Vel
℞. *Conſerv. Roſar. rubr.*
*Plantag. ana* ℥j.
*Confect. Hyacinth.*
*Condit. Cynosbat. ana* ʒj.
*Bol. Armen. ppt.*
*Terræ ſigillat. ana* ʒiß.
*Unic. foſſil.* ℈j.
*Syr. Papav. rhead. q. ſ.*
*M. F. Elect. d. ad Oll. Sumatur per vices, nuciſtæ magnitudine.* Vel
℞. *Conſerv. Bugloſſ.*
*Cond. Cydon. ana* ʒvj.
*Rad. Symphyt.* ʒij.
*Confect. Alkerm. inc.* ʒj.
*Rad. Torment.*
*Croc. Martis adſtring.*
*Matr. perl. ppt. ana* ʒj.
*Syr. anodyn. q. ſ.*
*F. Mixt. in formâ Opiatæ d. ad Oll.* Doſis Nuciſtæ magnitudo. Vel
℞. *Tinct. antiphth. Garm. vel*
*Catechu, vel*
*Mart. adſtr.* ʒij.
*Eſſ. Opii* ℈j.
*Miſc. detur ad Vitr.* Ut m. & v. ʒß. cum *Aqua Burſæ paſt.* capiatur. Vel

*Tinctura ſtyptica Dolæi.*

℞. *Alumin. crud.*
*Vitrioli martis,*
*Sacch. Saturni ana part. æqu.*

*Affunde Spiritum Vini, & Liquorem Terræ ſigillatæ, ac lege artis paretur Tinctura, Doſ. à gtt.* x. *ad* xxx.

℞. *Radic. Biſtort. Tormentill.*
*Bol. armen. Corall. r. ppt.*
*Tragææ Granor. Act. ana* ʒj.
*Nuc. moſchat.* ʒß.
*Sacch. cand. alb.* ʒiij.
*Laud. opiat. gr.* vj.
*M. F. Pulv. ſubt. Doſ.* ℈j. *ad* ʒß. Vel

℞. *Unic. foſſil.*
*C. C. uſt. ppt.*
*Terræ ſigill. ana* ʒiß.
*Lapid. Hæmat. ppt.*
*Sang. Dracon. ver.*
*Balauſt. Catech. ana* ʒß.
*Sacch. penid.* ʒij.
*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ch. Doſ.* ʒß. Vel

℞. *Fungor. Cynoſbat. exſicc. & pulv.* ℥j.
*Lapid. Hæmat. ppt.*
*Sang. Dracon. ver.*
*Unicorn. foſſil. ana* ʒij.
*Sacch. cand. alb.* ℥ß.
*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſis* ʒß. *ad.* ʒj.

## *Formulæ Iſchæmorum externorum.*

℞. *Stercor. ſuill.*
*Ranar. prægnantium,*
*Pilei antiqui ana q. v.*

*Omnia ſimul combure in Pulverem, quem ſiccum Vulneribus inſperge.*

℞. *Fung.*

℞. *Fung. Crepit. Lup. pulver.*
*Terræ ſigillat. Cret. rubr. ana* ℥j.
*Terr. Vitrioli dulc.* ℥ß.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat.* Uſus cum linteis carptis, albumini Ovorum intinctis. Vel

℞. *Fung. Cynosbat. pulver.*
*Muſc. terreſtr. cujuscunq;*
*Bol. armen. ppt. ana* ℥j.
*Pilor. leporin.*
*Farin. vol. ana* ℥ß.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Uſus ut ſupra.*

℞. *Aceti commun. vel*
*roſac.* ℔ß.
*Album. Ovor. Num.* iv.
*Vitriol. pulv.* ʒj.
*Miſc. pro epithematibus.*

℞. *Folior. Querc. tener.* Mij.
*Herb. Equiſet.*
*Polygon. ana* Mj.
*Inciſa ſacculis indantur, qui cum Aqua ferratâ, aut Vino rubro cocti calidè applicentur.*

℞. *Eſſent. Catechu* ʒij.
*Spir. Vitriol.* ʒj.
*Miſc. detur in Vitr.* Ut cum linteolis adhibeatur.

℞. *Vitrioli cypr.* ʒj.
*Pulveriſatum excipiatur linteis carptis, & Vaſis cruentantibus applicetur.*

℞. *Stercoris ſuilli rec. q. ſ.*
*Cum Aceto fiat Cataplaſma, frigide applicandum.*

CAPUT

# CAPUT XIX.

## *De Remediis Cephalicis.*

§. 1.

*Remedia certis partibus deſtinata.*

HActenus de Medicamentis *Univerſalibus*, promiſcuè partes quasvis reſpicientibus, quædam annotavimus, proximum jam eſt, ut ad *Particularia Remedia* deveniamus, quæ ſpecificè hanc vel illam *Corporis partem* reſpiciunt. Ubi ante omnia quidam non tantùm in dubium vocârunt, ſed & prorſus negare auſi ſunt, talia Remedia exiſtere, quæ præciſè hujus tantùm, vel illius membri Affectibus medeantur, ac interea aliarum partium morbos intactos relinquant, cum tamen liquidò conſtet, nullum ex his ſpecificis Remediis eſſe, quod non ſuis viribus plurium partium ægrotationibus profligandis conducat. Adeoque reſpondemus dicendo, plura omnino talia Medicamenta particulas obtinere, variis morbis cum fructu opponendas, ſed tamen, quoniam hæc *Remediorum Specificorum* diſcretio multum confert ad inventionem Medicaminum, in variis caſibus proficuorum, non putamus operæ pretium eſſe, ut hic à Veterum Doctrinâ docendique methodo diſcedamus. Adde quòd, ſicut *Illuſtris Boyleus* multiplici experientiâ *ſpecifica* plura remedia adinvenit & probavit, ita non improbabile ſit, horum Medicaminum particulas magis eſſe conformatas & configuratas hiſce, quàm illis partibus penetrandis, aut deobſtruendis, vel alio aliquo modo ſpecifico afficiendis.

*Cephalicorum definitio.*

§. 2. *Cephalica* hinc Remedia ea dicimus eſſe, quæ variis Calvariæ & Cerebri morbis mederi apta nata

nata ſunt. Cùm verò Affectus tales, vel in ſolidâ ſubſtantiâ, vel in humoribus, vel tandem in ſpiritibus deprehendantur, Tabula ejuſmodi Pharmacorum ex iis omnibus concinnata eſſe debet, quæ ſingulis illis juvandis proſunt. Et quidem ſi reſpiciamus partes ſolidas, tubulos nimirum & vaſa, ſicubi in hiſce occurrat aliqua obſtructio, à pituitâ viſcidâ, proderunt ea, quæ conſtant particulis ſalſo-volatilibus oleoſis, validè incidentibus, attenuantibus ac deobſtruentibus, quemadmodum ſunt *Folia Thée, Salviæ, Betonicæ, Meliſſæ*, &c. ut & *Spiritus volatiles* v. gr. *Spiritus Salis armon. ſimplex*, vel *oleoſus* redditus, v. gr. *fœniculatus, aniſatus*, &c.

§. 3. In cenſu Remediorum ejuſmodi cephalicorum, non immeritò eminet *Herba* illa *Thée*, modò vera, genuina, & virtutibus adhuc excellentibus dotata haberi poſſit, aliàs enim maximopere falſificata noſtras in Regiones defertur. Genuinam verò iſtam herbam, alcalino-ſalinis & balſamicis volatilibus particulis conſtare, Medici omnes uno affirmant ore, qui eandem probè examinârunt; ubi Diſſertatio *Joh. Jacobi Waldtſchmid* piæ memoriæ, de hac Plantâ pulchrè ſcripta, & noſtrum quoque Herbarium conſuli poterunt. Succedanea Herbæ Thèe nonnulla habemus, quemadmodum ſunt *Veronica*, *Majorana*, *Roſmarinus*, *Betonica*, *Serpillum*, *Ocymum*, & id genus, quæ tamen ſingula noſtris in frigidioribus terris creſcentia, vel non eâdem balſamica volatilitate & efficaciâ, vel profectò non eâdem ſuavitate gaudent. Interim tamen ſubinde in Affectibus Capitis, ut loquuntur, frigidis, ſive à ſero viſcido, ſalſoque, aut etiam pituitoſo dulci, ſed lento vel tenaci, oriundis, non ſine ſucceſſu in uſum trahuntur.

§. 4. Quan-

§. 4. Quando Capitis Affectus magis à ſtagnatione ſanguinis, propter ſulphureas particulas nimis exaltatas, oriuntur, tum Remediis non ſulphureo volatilibus, ſed potiùs nitroſis temperantibus, atque ſulphur exaltatum nonnihil ſupprimentibus utendum eſt, in quorum numerum referimus omnes plantas nitroſas, ex iisque paratas *Aquas deſtillatas*, vel *Syrupos*, verb. grat. *Lactucam*, *Portulacam*, *Endiviam*, *Fragariam*, *Malvam*, *Taraxacum*, *Cichorium*, *Beccabungam*, quibus addere licet adhuc alias, paucis ſolùm ſulphureis particulis conſtantes, ſed circulationem ſanguinis hinc inde præpeditam egregiè reſtituentes, ut ſunt v. gr. *Agrimonia*, *Succiſa*, *Fumaria*, *Scabioſa*, *Carduus benedictus*, aut *Mariæ*, *Burſa paſtoris*, *Cichorium*, *Verbena*, &c. ſed & hic Cephalica abſorbentia proſunt, v. gr. *C. C. ph. ppt. Calvaria cervi ppta*, *Cranium humanum pptum*, *Ebur raſum*, vel *pphicè paratum*, *Succinum album pptum*, *Cinnabaris* partim *nativa*, partim *Antimon. optimè correcta*, *Diaphoreticum ſolare & lunare*, *Margaritæq;*, ob pretii magnitudinem, non niſi divitibus & paranda & præſcribenda, quorum loco ſufficiunt nobis *Diaphoreticum joviale*, *Materq; perlarum*, *aut Conchæ pptæ*.

§. 5. Tandem Affectus Capitis plures, vix niſi à ſpiritibus, ſive nimiùm ſopitis, aut deficientibus, ſive nimiùm irritatis derivari poſſunt. In ſopitis-ſpiritibus, quemadmodum exiſtunt in ſoporoſis Affectibus, febre abſente, proſunt *Volatilia balſamica*, ſuperius jam deſcripta, Febre autem præſente, *balſamico-ſulphurea* particulæ exulare debent in Remediis, & *ſoli Spiritus ſalini volatiles*, vel *Salia* etiam *volatilia* non oleoſa præſcribi debent; Doſis quidem *Spirituum volatilium* ſive *balſamicorum*, non niſi

ad

ad xxx. uſque guttas extendenda eſt, ſed doſis *Salium volatilium*, utpote magis concentratam vim habentium, tantum ad x. aut xv. grana accedere debet, niſi in caſibus deſperatis. In utroque ſive febrili, ſive non febrili cephalico Affectu, proſunt *Cinnabarina*, ut & ex *Craniis animalium* parata medicamenta; hæc enim indifferenter tum nimiam ſulphurearum particularum oppreſſionem corrigunt, ſicque eorundem exaltationem promovent, tùm etiam febrilem turgeſcentiam Maſſæ ſanguineæ temperant. In Affectibus, ubi Spiritus nimium ſunt irritati, velut in Vigiliis nimiis, Epilepticis atque Convulſivis motibus, præter *Cinnabarina, Succinata*, v. gr. *Liquorem C.C. ſuccinatum*, etiam *opiatorum* & *theriacalium* habenda eſt ratio, quippe quæ propter *Sulphur Opii crudum*, & minus purum, ſpiritibus animalibus quietem placidam inducunt, modò juſtâ fuerint exhibita doſi: Ita *Theriacam Andromachi* ad ʒj. *Syrupum hypnoticum*, vel *anodynum* ad ℥j. *Theriacam cœleſtem ad gr.* v. *vel* vj. *Laudanum opiatum ad gr.* j. *vel* iß. *Tincturam opii liquidam ad gtt.* x. *Tinct. Opii Langelotti ad gtt.* iiij. ſi craſſior eſt, exhibere licet.

## *Formulæ Cephalicornm.*

℞. *Herb. Thée opt.* ℥ij.
*D. ad ch. pro Infuſo parando.* Vel
℞. *Fol. Beton. Sanicul.*
*Pyrol.*
*Meliſſ. Salv.*
*Thym. Veron.*
*Agrimon.*
*Matriſylv. ana M*j.
*Flor. Tun. Keir.*
*Paralyſ. ana* pij.

*Inciſ.*

*Inciſ. tenuiter miſc. ad ſcat.*

℞. *Eſſent. Succin.*
*Beton. ana* ʒij.
*Zedoar.* ʒj.
*M. d. ad Vitr. Doſ.* ʒß. Vel

℞. *Salis volatil. oleoſ.* ʒij.
*Tinct. Antim.*
*Aqu. Cinam. cum vin. ana* ʒj.
*M. d. ad Vitr.* Vel

℞. *Spirit. Salis armon. aniſ.*
*Liqu. C. C. ſucc. ana* ʒij.
*M. d. ad Vitr.*

℞. *Aqu. Beton. Salv.*
*Meliſſ. ana* ℥j.
*Elix. vit. Matth.*
*Aqu. Antapopl. B. ana* ℥ß.
*Syrup. Pœon.* ʒvj.
*Spec. cephal. Mich.* ʒß.
*M. d. ad Vitr.* Ut ſæpe cochleatim ſumatur.

℞. *Aqu. Verben. Hed. terr.*
*Lactuc. ana* ℥j.
*Syrup. viol. purp.* ʒvj.
*Sal. vol. C. C.* ℈ß.
*M. d. ad Vitr. pro doſi.*

℞. *Aqu. Taraxac.*
*Portulac.*
*Card. bened.*
*Syrup. de Nymph.*
*Beton. ana* ℥j.
*Sal. vol. ol.* ʒj.
*M. d. ad Vitr. pro 2. doſibus.*

℞. *Spodii ppt.*
*Radic. Doronic.*
*Cran. hum. ppt. ana* ʒiß.
*Semin. Pœon.*

*Diaph.*

*Diaph. jovial vel*
*Lunar.* ℨj.
*Sacch. penid.* ℨiij.
*M.F.Pulv.ſubt. d.ad ſcatul. Doſ.*ℨj. *m.& v.* Vel
℞. *Radic. Filipendul.*
*Semin. Aquileg.*
*Cryſtall. alb. ppt.*
*Ungul. alc. ppt. ana* ℨj.
*Bezoard. min.*
*Cinnab. nat. opt. ana* ℨß.
*M. F. Pulv. ſubt. in* 12. *part. æqu. divid. ad ch. & m. ac v. ſumend.* Vel
℞. *C. C. uſt. ppt.*
*Succ. alb. ppt.*
*Antimon. diaph.*
*Dent. Hippopot. ppt.*
*Ægagropil. ppt. ana* ℈ij.
*Sacch. roſ. tab.* ℈iiij.
*M. F. Pulv. ſubt. detur ad ſcat. Doſ. m. ac v.* ℨß. Vel
℞. *Pulv. Fol. Majoran.* ℥j.
*Semin. Aquileg.* ℨij.
*Unicorn. mar. ppt.*
*Bezoard. jovial. ana* ℨj.
*Macis,*
*Cubebar. ana* ℨß.
*Sacch. roſ. tab.* ℥ij.
*M. F. Pulv. ſubt. detur ad ſcat. Doſ. m. ac v.* ℨij. Vel
℞. *Extr. Beton.* ℨß.
*Spec. ceph. Mich.* ℨj.
*Miſc. cum Ol. deſt. Lav. f. l. a. Pil. num.* 45. *pro* 3. *doſibus.* Vel
℞. *Aqu. Verben. Roſar.*
*Heder. terr.*

*Card. bened. ana ℥j.*
*Acet. roſac.*
*rutac. ana ℥ß.*
*M. d. ad Vitr. pro Epith.* Vel
℞. *Aqu. Beton. Salv.*
*Fumar.*
*Spirit. Lil. convall.*
*Aneth.*
*Meliſſ. ana ℥j.*
*M. d. ad Vitr. Uſurpetur ut ſupra.* Vel
℞. *Herb. recent. Rut.*
*Hed. terr.*
*Verben.*
*Summit. Roriſmar.*
*Thym.*
*Majoran.*
*Baccar. Juniper.*
*Micar. panis ana q. v.*

*Inciſ. & contuſis permiſce vel Acetum aliquod, vel Vinum, vel Spiritum ardentem quendam, & ſub formâ Cataplaſmatis calidiuſculè inter lintea applica.* Vel

℞. *Aqu. Fumar. Succiſ.*
*Beton. Roſar. ana ℥j.*
*Album. Ovor. num.* ij.
*Spir. Ceraſ. nigr.* ℥iß.
*Eſſent. Croc.* ʒj.
*M. ad Vitr. Ut ſupra.* Vel
℞. *Nucl. perſic.* ʒij.
*Sem. 4. frigid. maj. ana* ʒj.
*Papav. alb.* ʒij.
*Aqu. Nymph. Cichor.*
*Hed. terr. ana* ℥ij.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*
*Aceti rutac.* ℥iß.
*D. ad Vitr. pro Epithem.*

CAPUT

# CAPUT XX.

## *De Remediis Ophthalmicis.*

§. 1.

O*Phthalmica* Remedia dicuntur, quæ Oculorum Affectibus mederi apta ſunt. Subjectum ergo ſive pars affecta corporis, cui deſtinantur, Oculi nomine venit, per Oculum tamen non bulbum ſolùm, ſive globum illius, ſed opercula quoque externa indigitare volumus. *Ophthalmica* autem appellantur voce græcâ, derivata à nomine ὀφθαλμὸς, quod Oculum latinè ſignificat. Sic autem priſcis Latinis Medicis placuit, ferè omnia Remediorum nomina à græcâ mutuari Linguâ, cumque ſic communiter illis uſi ſint vocabulis, etiam à Recentioribus quoque hactenus retenta fuerunt. *Ophthalmicorum definitio.*

§. 2. Quandoquidem autem Oculus pars eſt corporis admodùm tenera, ac delicata, è fibris nerveis copioſis, membraniſque admodum ſenſibilibus compoſita, ipſeque hinc viſionis ſenſus omnium præſtantiſſimus & utiliſſimus exiſtit, materiam certè Ophthalmicorum Remediorum ſtudio expreſſo ſeligere oportet, accurateque ſcire, quæ amica Oculis, quæ iiſdem inimica ſint. Inimicam autem maximè judicamus Bulbi Oculi ſuppurationem, utpote quæ plerumque humores ejus corrumpendo, viſum adimit, ſubinde etiam cicatrice deformi pupillam infeſtat, ſicque Viſum intercipit. Suppuratio autem, vel Oculi Ulcus plerumque comitatur Inflammationem, ſive Ophthalmiam malè tractatam, in quâ ſtagnantes particulæ ſeroſo-ſanguineæ, in vaſculis ſenſim motum fermentativum adeptæ, in pus convertuntur. Ad præcavendam ergo ſuppurationem, ab emplaſticis, ano- *Selectus.*

 dynis,

dynis, atque unctuoſo-oleoſis eſt abſtinendum, quippe quæ partim obſtruendo poros, & emolliendo ſuppurationem promovent, partim etiam acrimoniâ quâdam ſalinâ mordicando, affluxum augent.

*Differentia.* §. 3. Dividuntur autem *Ophthalmica*, vel in *communia*, quorum materia cum *Cephalicis*, *Oticis*, aliisque communis eſt; vel *propria* ſive *ſpecifica*, quæ oculis ſpecialiter proficua eſſe obſervantur; Utraque dein vel *interna* ſtatuimus, quæ intus exhibita ad Curationem Affectuum ocularium contribuunt, vel *externa*, quæ extus ſive Oculo ipſi diſcuſſionis gratiâ, ſive aliis partibus revulſionis ſcopo adhiberi ſolent.

*Internorum Materia.* §. 4. *Interna Ophthalmica* remedia, deſumuntur è *Tabulâ Cephalicorum*, ſuntque partim *Radices*, partim *Herbæ*, *Flores*, *Semina*, &c. ex quibus *Conſervæ*, *Pulveres*, *Eſſentiæ*, *Infuſa*, &c. fieri poſſunt, ad Viſum juvandum, & debellandos affectus varios Oculorum proficua.

*Externorum.* §. 5. In cenſum Remediorum *Ophthalmicorum externorum* referimus ex claſſe mineralium *Alumen*, *Crocum metallorum*, *Vitrum Antimonii*, *Succinum*, *Tutiam pptam*, *Antimon. diaphoret. Bezoard. miner. Magiſterium Saturni*, *Flores Zinci*, *Lapidem calaminarem pptum*, *Mercurium præcipitatum album & rubrum*: Ex Regno animali deſumimus *Pinguedinem Serpentum*, *Viperarum*, aut *Aſciæ piſcis*, *Albumen Ovi*, *Ocul. 69. ppt. Fel Lucii piſcis*, *Matrem perlarum pptam*, *Margaritas ppt.* Tandem è regno vegetabili deſumimus *Radices Valerianæ*, *Rutæ*, *Chelidon. maj. Fœnicul. Pœoniæ*, *Helenii*, *Apii*, *Herbas Salviæ*, *Euphraſiæ*, *Verbenæ*, *Fumariæ*, *Origani*, *Serpilli*, *Chamædrios*, *Chelidonii majoris*, *Rutæ*, *Fœniculi*, *Plantaginis*, *Semina Aniſi*, *Fœniculi*, *Pſyllii*, *Cydoniorum*, atque *Sileris montani*; *Baccas Juniperi*, *Flores Sambuci*,

*buci*, *Roſarum*, *Cyani ſeget. Cichorii albi*, *Scabioſæ*, *Githaginis*, *Saccharum Canarienſe*, &c. Ex quibus omnibus partim *Aquæ deſtillatæ*, ad varia *Collyria* & *Epithemata*, partim *Cataplaſmata*, partim denique *Balſami*, vel *Ungta Ophthalmica* fieri poſſunt, v. gr.

*Formulæ Ophthalmicorum externorum.*

℞. *Aqu. Chelid. maj.* ℥ij.
*Fœnicul.*
*Roſar. alb. ana* ℥j.
*Tut. ppt.* ℈iiß.
*Matr. Perlar. ppt.*
*Magiſt. Saturn. ana* ℈ß.

*M. ad Vitr. ac ſubinde linteolum in hâc Mixturâ calidâ madefactum, in Oculi canthum majorem exprimatur, quo ſic guttulæ Bulbum ejuſdem contingere, & Ophthalmiæ mederi poſſint.* Vel

℞. *Aqu. Plantag.* ℥ij.
*Euphraſ.* ℥j.
*Fœnicul.* ℥ß.
*Sacch. cand. alb.* ℈ij.
*Bezoard. mineral.*
*Flor. cineric. Saturn. ana* ℈j.
*Mercur. dulc.* ℈ß.

M. *d. ad Vitr. ac ſubinde linteis calidè exceptum, interdiu Oculis applicetur.* Vel

℞. *Aqu. flor. Cyan.* ℥ij.
*Plantag.* ℥iß.
*Scabioſ.* ʒvj.
*Mucilag. Sem. Pſyll. vel*
*Cydon. Aqu. Roſar.*
*fact.* ʒiß.
*Magiſt. Antimon. diaph.* ℈ij.
*Ocul. 69. ppt.*
*Corall. alb. ppt. ana* ℈j.

*M. d. ad Vitrum pro Collyrio.* Vel

℞. *Aqu. Succiſæ,*
*Chelidon. maj. ana* ℥ij.
*Croc. Metall.* ʒß.
*Oriental.* ℈ß.

*Coque invicem probè, poſtea filtra, ac filtrato liquori adde Lapid. Calam. ppt.* ℈ij. *d. ad Vitr. pro Collyrio.*

℞. *Butyr. Vin. albo aliquot. lot.* ℥j.
*Magiſt. Antimon. diaph.* ʒj.
*Mercur. præcipit. alb.* ʒß.
*Sacch. Saturni* ℈ß.

*M. F. Liniment. impalpabile, quod canthis Oculorum ita inungatur, ut inde concavum palpebrarum illiniri per motum Oculi queat.* Vel

℞. *Butyr. rec. Aq. Chelid. lot.* ℥ß.
*Pingued. Aſciæ piſc.*
*Aqu. Roſ. alb. lot.* ʒij.
*Tutiæ ppt* ℈ij.
*Sacchar. canarienſ.*
*Mercur. præc. dulc. ana* ʒß.

*M. F. Linim. m. ac v. Oculorum canthis inungendum.* Vel

℞. *Butyr. rec. Aq. Plantag. lot.* ʒiij.
*Tutiæ ppt.* ℈ij.
*Mercurii præcipitat. rubr. ſubtiliſſime ſuper porphyritem lævigati q. ſ. ad Balſamum carneo, vel pallidè roſeo colore tingendum.*

*M. F. Balſamum Ophthalmicum, quod efficaciſſimum ſubinde deprehendimus, ac non niſi Ruſtici cujuſdam hucuſq; ſecretum fuit.*

Theodorus Zwingerus Abavus meus ſequentem *Liquorem euporiſtum* inter arcana quoque habuit:

℞. *Vitriolum ad albed. calcinat. q. ſ.*

*M. cum*

*M. cum Urinâ Pueri ſani, & hinc per Alembicum ex arenâ liquorem abſtrahe, qui calidè in linteis ſubinde applicatus, feliciter Oculorum Inflammationes diſcutit.*

Ita pariter *Tackenius*, Chymicus & Medicus olim apud Venetos Celeberrimus, ex *Aceto deſtill.* & *Urinâ* commixtis, ac per retortam deſtillatis, ſuam produxit Aquam ſalſam, quæ ſine morſu Oculis & Auribus quoque inſtillari poteſt.

*Formulæ Ophthalmicorum internorum.*

℞. *Rad. Valerian. Pœon. ana* ʒj.
*Herb. Euphraſ.* ℥ß.
*Semin. Fœnic.* ʒij.
*Cubebar. Macis, ana* ʒß.
*Sacch. alb.* ℥iß.

*Miſc. fiat Tragema Ophthalmicum, de quo ſingulis mane & veſperi* ʒj. *capiatur.* Vel

℞. *Rad. Valerian.* ℥j.
*Herb. Euphraſ.* ℥ij.
*Sem. Aniſ.*
*Fœnic. ana* ℥ß.
*Sacch. alb.* ℥iv.

*M. F. Pulv. groſſ. detur in ſcat.* Capiatur m. & v. cochleare plenum.

℞. *Herb. Euphraſ.* ℔j.

*Inciſ. inſuatur in ſacculos longos teretes, in doliolo ſuſpendendos, affundendo Vini albi Menſuras* 50. *ut fiat Vinum medicatum ophthalmicum.*

℞. *Eſſent. Beton.*
*Euphraſ. ana* ʒß.

*Miſc. detur ad Vitr. Ut m. ac v.* ℈ij. *capiantur, cum Aqu. Fœniculi.*

℞. *Aqu. Fœnic. cum Vino deſt.* ℔vj.

*Detur ad Vitr. ut ſingulis noctibus cyathus plenus hauriatur.*

℞. *Rad. Liquirit.* ℥ß.
*Herb. Euphraſ.* Mij.
*Sem. Fœnic.* ʒvj.
*Paſſ. minor.* ℥ij.

*Inc. & cont. miſc. dentur in ch. Ut exinde fiant decoctiones cum Aquâ font. pro potu ordinario.*

℞. *Fol. Beton Majoran. ana* Mij.
*Summ. Euphraſ.* Miv.

*Inciſ. miſc. dentur in ch. Ut fiant infuſiones cum Aquâ bulliente, ſaccharo dulcorandæ, & inſtar Thée quotidie ſemel aut bis potandæ.*

# CAPUT XXI.

## *De Remediis Oticis.*

§. 1.

*Oticorum definitio.* OTica Medicamenta, aliàs *Acuſtica* ſive *Auditum roborantia* ſunt, quæ Aurium Affectibus mederi apta ſunt, ſive dein hi Affectus ſuam originem trahant à meatibus obſtructis, ſive à membranis glanduloſis infarctis, ſive à nervis auditoriis malè habentibus, ſive ab aliis denique cauſis. Hinc Remedia talia, nunc *interna* exhibentur, nunc *externa* admoventur. Frequentior autem eſt uſus *externorum acuſticorum*, quoniam interna vix à Cephalicis ac Ophthalmicis generalibus differunt, Spiritus nimirum animales vigorantibus, ac lympham craſſam in Aurium meatibus ſtagnantem reſolventibus.

*Otica interna.* §. 2. Ad *interna* tamen Acuſtica, ſpecificè magis referunt Authores ea, quæ *ſale volatili oleoſo* gaudentia Maſſam ſanguineam inſigniter attenuant, acida ſalſa plus minus fixa deſtruunt, ſpirituoſas par-

particulas exaltant, ſeriqúe ac Lymphæ viſciditatem incidunt, ac ad debitam tenuitatem redigunt: Qualia ſunt, v. gr. *Salvia*, *Majorana*, *Ozymum*, *Roſmarinus*, *Thymus*, *Stœchas arabica*, *Betonica*, *Chamædrys*, *Chelidonium majus* ac *minus*, *Semina carminativa* & *Aromata* omnia, quibus & Remedia *ppta*, *Olea* nimirum *deſtillata*, *Salia volatilia oleoſa*, & id genus admiſcere poterimus. Dein etiam *Diaphoretica* tam fixa, quàm volatilia, prout neceſſitas exigit, exhiberi poterunt, inter quæ eminent *Cinnabarina*, Lymphæ viſciditatem quàm optimè corrigentia.

§. 3. *Externa Otica* extus Auribus applicari ſolita, partim Lympham ſtagnantem viſcidam reſolvere ac diſcutere, partim ſpiritus in nervoſis tubulis fortè irritatos demulcere, ſicque dolores qualeſcunque ſedare valent. Materia *externorum* talium, ex iiſdem ferè particulis conſtat, atque *internorum*, ſed diverſam in formam redacta in uſum trahitur, modò enim *Sacculorum*, modò *Cataplaſmatum*, modò *Oleorum*, modò *Spirituum*, modò denique *Fotuum* vel *Suffimentorum* formâ admovetur, prout idioſyncraſia Ægrorum, nunc hanc, nunc illam magis formulam deſiderat, ſive tolerat. *Externa.*

*Formulæ Oticorum.*

℞. *Radic. Angelic.*
*Acor. ana* ℥iß.
*Herb. Majoran. Meliſſ.*
*Ozym. ana* Mß.
*Bacc. Laur.* ℥ß.
*Junip.* ℥j.
*Semin. Fœnic.* ℈iv.
*Inciſa & contuſa tenuiter, inſuantur Sacculo ex*

*ex ſindone, vel linteo, d. ad ch. applicetur calidè & ſiccè.* Vel

℞. *Furfur. groſſiuſc.*
*Semin. Milii ana Miß.*
*Aven. Mß.*
*Salis commun. toſt. P. j.*
*Summit. Ror. marin.*
*Chamom. ana P. ij.*
*Semin. Carv.*
*Aneth. ana ℥j.*

*Inciſa & contuſa dentur ad Sacculum, calidè & ſiccè applicandum.* Vel

℞. *Radic. Imperator.*
*Petaſit. ana ℥j.*
*Herb. Menth. Serpill.*
*Abſynth.*
*Ror. marin. ana P. ij.*
*Semin. Cumin.*
*Aniſ. ana ℥ij.*

*Inciſa & contuſa uſurpentur ut ſuprá.* Vel

℞. *Radic. Zedoar.*
*Rhod. ana ℥j.*
*Herb. Meliſſ. Majoran.*
*Summit. Aneth.*
*Flor. Calendul.*
*Chamom. ana Mj.*
*Nuc. moſchat.*
*Semin. Cumin. Ozym. ana ℈ij.*
*Aven. & Milii ana ℥ij.*

*Inciſa & contuſa dentur ad Sacculum, conſpergendum Spiritu Liliorum Convallium.*

℞. *Herb. Malv. Meliſſ.*
*Agrimon. Salv. ana* Mj.
*Flor. Borrag.*
*Chamom. ana* Miß.

*Calendúl.*
*Hyperic. ana* Mß.
*Bacc. Juniper.* ʒiß.
*Semin. Lin.*
*Fœn. græc. ana* ℥ß.

*Inciſa & contuſa redige in pulverem groſſiuſculum, in Vino, vel Lacte coquendum, pro Cataplaſmate, calidè frequenter applicando.*

℞. *Butyr. non ſalit* ℥ij.
*Ol. Chamom.*
*Amygdal. amar. ana* ʒij.
*Cepar. ſub ciner. coct. N.* iiij.
*Croc. opt.* ℈ij.
*Mucilag. Sem. Cydon. Aq.*
*Fœnicul. fact. q. ſ.*

*M. F. Cataplaſma diſcutiens antotalgicum, ſæpiùs calidè applicandum.* Vel

℞. *Radic. Angelic.* ℥iß.
*Herb. Parietar. Herniar.*
*Chamædr. Beton.*
*Flor. Melilot. ana* Mj.
*Chamom.* Mß.
*Semin. Aniſ. Lin.*
*Bacc. Laur. ana* ʒij.

*Inciſa & contuſa coque in ſ. q. Lactis, vel Vini, pro Cataplaſmate.* Vel

℞. *Herbas Verbenæ, atque Meliſſæ recenter inciſas, & optimè contuſas, permiſce cum Albumine Ovorum, Croci pulvere, ac Farinâ Fabar. vel ſecalinâ. Hoc Cataplaſma calefac, & ſubinde Auribus applica.*

℞. *Spiritus Lil. convall. vel*
*Matrical.* ʒiij.

*D. ad Vitr. probè clauſum, ut bombace exceptum Auribus immittatur.* Vel

℞. *Spi-*

℞. *Spiritus Juniper.* ℥vj. *vel q.ſ.*
*Herb. Agrimon.* Mj.
*Summit. Thym. Serpill.*
*Hyperic. ana P.* j.
*Semin. Aniſ. Cumin.*
*Bacc. Laur. ana* ʒj.

*Inciſa & contuſa Spiritui immitte, ſtent in digeſtione, poſt in uſum vocentur.* Vel

℞. *Radic. Petaſit. Imperat. ana* ℥j.
*Galang.* ℥ß.
*Herb. Menth. Solan.*
*Serpill. Lavend.*
*Calaminth.*
*Ozym. ana* Mj.
*Cubebar. Cardamom.*
*Nuc. moſchat.*
*Cortic. Winteran. ana* ʒj.
*Semin. Fœnicul.* ʒij.
*Camphor.* ʒj.
*Lumbricor. terr. contuſ. viv.*
*Ovor. Formicarum contuſ. ana* ℥iß.

*Inciſis & contuſis affunde Spir. Vin. q. ſ. ſtent per octiduum in loco calido, poſt filtrentur, aut deſtillentur, & liquor cum bombace Auribus excipiatur, etiam regio circa Aures, Collumq; cum eo calidè bis quotidie lavetur.* Vel

℞. *Herb. rec. Salv. Meliſſ.*
*Hyſſop. Puleg.*
*Chamædr. Rutæ,*
*Anſerin. ana* Miß.
*Semin. Fœnic. Aquileg.*
*Milii Solis ana* ℥ß.

*Inciſis & contuſis affunde*
*Roris majalis Miß.*

*Vin.*

*Vin. alb. bon.* ℔j.

*Stent per* xxiv. *horas, poſtea deſtillentur, liquorq́ꝫ deſtillatus cum bombace Auribus excipiatur calidiuſculè ſæpius.* Vel

℞. *Succ. Semperv. maj.*
*Roſar.*
*Lactuc. ana* ℥ij.
*Urinæ propr.* ℥vj.

*M. & ſubinde Auribus dolentibus etiam inflammatis inſtilletur.*

*Prodeſt & Ros majalis deſtillatus, vel Ova Formicarum, ſive per ſe, ſive cum Rore majali deſtillata. Commendant & Spiritum Anhaltinum,* vel *Spiritum Roriſmarini.* Vel

℞. *Aq. Fœnic. &*
*Chelid. maj. aliquoties ſuper novas recentes herbas deſtillat.* ℔j.

Inſtilla Auribus frequenter calidè.

Idem præſtat phlegma Urinæ pueri deſtillatum, ut & *Aqua Salviæ, Majoranæ, vel aliûs cephalicæ plantæ,* ſuper novam herbam rectificata. Laudant & *Aquam florum Perſicorum,* cum *Caſtoreo*, vel *Eſſentiam Lignorum.*

℞. *Fruſtum panis recentis adhuc calidi, cum ſemine Cumini, Aniſi,* &c. *coctum,* appli*cetur ſic calidè Auribus.* Vel

℞. *Herb. Majoran. Salv.*
*Roſmarin. ana* Miß.
*Flor. Chamom.*
*Betonic.*
*Paralyſ. ana P.* ij.
*Semin. Fœnic.* ℥ij.
*Bacc. Junip.* ℥j.

*Inciſa & contuſa coque in ſ. q. Vini, & inde vapor Auribus per infundibulum excipiatur, vel ſaccu-*

*lis*

*lis indantur ſpecies, illiq; Vino incocti & expreſſi calidè applicentur.* Vel

℞. *Herb. Origan. Meliſſ.*
*Fol. Laur. Aſari,*
*Summit. Abſynth.*
*Aneth. ana* Mß.
*Radic. Helleb. alb.* ʒiß.
*Colocynthid.*
*Semin. Fœnic. ana* ʒj.

*Inciſa & contuſa coque in Vino, & vapor Auribus excipiatur.* Vel

℞. *Raſur. Lign. Junip.*
*Sem. Fænic.*
*Cumin. ana* ʒj.
*Maſtich.*
*Storac. calamit. ana* ℈ij.
*Succin. flavi*
*Thur. maſc. ana* ʒß.

*Inciſa & contuſa tenuiter d. ad ch. pro ſuffimento, Auribus per infundibulum excipiendo, ac linteis ſuffumigandis.* Vel

*Herba Solani, Menthaſtri, cum Semine Carvi, Maſtiche ac Storace in Pulverem redigitur, pro ſuffimento, quod optimum eſt.*

℞. *Pingued. anſerin.* ℥ß.
*Ol. Amygdal. amarar.* ʒij.
*Caſtor.* ʒj.

*M. ad Oll. circa Aures inungatur, & ipſi quoq; cavitati Auris immittatur.* Vel

℞. *Ol. Amygdal. amarar.* ʒiiß.
*Caſtor.* ʒß.
*Succin deſtillati gtt.* iiij

*M. d. ad Vitr. Auribus dolentibus, inſtillandum.* Vel

℞. *Fol.*

℞. *Fol. Apii,*
*Heder. terreſtr. ana P.* iij.
*Betonic.*
*Nicotian. ana P.* ij.
*Roſar. rubr.* Mß.

*Inciſa coque in ſ. q. Aquæ fontanæ, Colaturæ adde*

*Mell. roſat.* ℥iij.
*Syr. de Betonic.* ℥ij.

*M. ad Vitr. inſtilletur calidè Auribus, ad Ulcus detergendum & curandum.*

§. 4. Proſunt etiam in his Affectibus *Errhina* & *Maſticatoria*, Lymphæ motum divertentia, ut & *Veſicatoria*, ſive nuchæ, ſive ponè aures applicata. Nec *Cucurbitulæ cum Scarificatione* applicatæ contemnendæ. *Pediluvia* quoque ex incoctione cephalicorum aliquid ad viſciditatem Lymphæ reſolvendam contribuere valent. His adde tandem *Gargariſmata* & *Apophlegmatiſmos* reſolventes, atque ſalivationem quandam procurantes.

## CAPUT XXII.

### *De Remediis Thoracicis.*

§. I.

THoracica Remedia dicuntur, quæ viribus gaudent excreationem promovendi, & pulmonis Affectibus qualibuſcunque medendi, hinc & *Pneumonica*, vel *Pulmonica*, ut & *Becchica* nuncupantur. *Thoracicorum definitio.*

§. 2. Affectus autem, quibus deſtinantur, partim *lymphatici* ſunt, partim *ſanguinei*. *Lymphaticos* appello, qui à lymphâ producuntur, eâque *Uſus.*

nunc

nunc *tenuiori*, & *fluidiori*, prout eſt *Tuſſis ferina*, *Catarrhus* ſive *Defluxio tenuis*; nunc à *craſſiori* & *tenaciori* deſcendunt longè frequentius, quemadmodum *Tuſſis*, *Excreatio viſcida*, *Aſthma*, *Raucedo*, & id genus. *Sanguineos* verò nuncupo morbos, qui à ſanguinis in Pulmonum veſiculas & bronchia effuſione proveniunt, velut ſunt *Hæmoptoë*, & *Pulmonis Ulcera* atque *Abſceſſus*.

*Differentia.* §. 3. Prout igitur videmus, diverſi generis Affectus Pulmonem infeſtare, ita & materiam ejuſmodi remediorum diverſimodæ quoque virtutis exiſtere, arbitrandum eſt. Atque hunc in finem plerique hactenus Medici *pectoralia* Remedia diſtinxerunt *in reſolventia*, ſive *incidentia*, & *incraſſantia*; quorum illa craſſam tenacemque lympham incidunt, attenuant, & ad excretionem faciliorem promovent, vel etiam circulationi priſtinæ, quantum poſſibile, reſtituunt: hæc autem tenuem admodum & magnopere fluidam incraſſant, ac ſimul aliquali ſero ſanguinis inducta craſſitie, ulteriorem ejus in Pulmonis veſiculas influxum præpediunt. Quamvis inter hæc *incraſſantia* plura longè appareant, quæ potiori jure *demulcentia*, *abſorbentia*, & acrimoniam ſanguinis aut Lymphæ ſalinam *invertentia*, aut *præcipitantia* appellari deberent.

*Incidentia.* *Incraſſantia.*

*Incidentia ſulphureo volatilia.* §. 4. Nonnulla ergo *attenuantium & incidentium Thoracicorum*, conſtant *particulis ſulphureo-volatilibus*, ſed iis tamen blandis, nonnunquam etiam cum particulis aquoſis amicè ſociatis, in quem cenſum meritò veniunt *Radices Ireos florentinæ*, *Helenii*, *Ariſtoloch, rot. Petaſitid. Squill. Calam, ar. Glycirrhizæ*, *Herbæ Agrimoniæ*, *Sempervivi*, *Salviæ*, *Scabioſæ*, *Tuſſilaginis*, *Veronic. Hyſſop. Polii montan. Beccab. Hed. terr. Flores Tuſſilag. Bellidis minoris*, *Violar. Semina Fœniculi*, *Aniſi*, *Cardui benedicti*,

*Napi*,

*Napi, Carvi, Sperma Ceti, Gummi Arabicum* & *ammoniacum, Ligna Saſſafras, Guajacum, Juniperi-num, Baccæ Juniperi, Laur.* &c.

§. 5. Alia *Incidentia conſtant particulis ſalino-volatilibus alcalinis acribus*, quemadmodum ſunt *Radices ſigilli Salomonis, Ceparum, Allii, Aronis, Imperatoriæ, Raphani ruſticani, Apii ſelini,* ſive *hortenſis; Herbæ Naſturtii aquatici*, vel cujuſcunque aliûs, *Cochleariæ, Trifolii fibrini, Thlaſpios, Semina Napi, Naſturtii, Thlaſpios, Cochleariæ,* quibus adde quoque præparata *Salia volatilia oleoſa,* & *non oleoſa*, ubi *Spiritus Salis armon. aniſatus*, aut *fœniculatus* præferuntur.

§. 6. Sunt & plura egregia *Thoracica*, quæ blandâ utrarumque particularum mixturâ gaudent, ſubinde & amara exiſtentia, v. gr. *Radices Helenii, Vincetoxici, Ariſtolochiæ rotundæ, Tuſſilaginis, Sarſæparillæ, Herbæ Hyſſopi, Meliſſæ, Chamædr. Veronicæ, Marrubii albi, Tuſſilaginis, Trifol. fibrin. Alliariæ Scordii, Adianthi, Capillorum Veneris, Hederæ terreſtris, Nicotianæ recentis*, in variis formulis. Sed pro *Syrupo* aut ſuffitu *Origanum, Pulmonaria, Scabioſa, Gnaphalium montanum, Flores Anthos, Chamomillæ, Scabioſæ, Croci, Baccæ Juniperi, Lauri*, &c. conveniunt. *Salino-ſulphurea.*

§. 7. Dantur & *Becchica dulcia, incidentia* ac *detergentia*, quæ licet dulcedinem quandam ſapore ſuo prodant, in receſſu tamen particulas ſalino-volatiles, ſive acidas ſive alcalinas, obtinent, attenuandi ac reſolvendi vi præditas, ſubinde & ſulphureis balſamicis amicè ſociatas, prout ſunt *Radices Liquiritiæ, Polypodii, Raparum exſiccatæ* (quarum recentium ſub cineribus ardentibus aſſatarum expreſſus ſuccus, pauco *Saccharo penidio* edulcoratus, & calidè frequenter ſorbtus, lympham in pectore viſcidam optimè incidit, propter alcali ſub *Dulcia.*

præparatione in apricum productum, quod ut tanto felicius obtineatur, quidam, ſi tempus permittat, Rapas priùs congelari permittunt) *Pineæ Nuces, Dactyli, Jujubæ, Sebeſten, Piſtacia, Siliquæ dulces, Ficus* ſeu *Caricæ pingues, Paſſulæ majores, Manna, Mel, Saccharum candum*, quibus adde *Syrupos pectorales*, qui propter *Saccharum* omnes dulcedine gaudent.

*Acida.* §. 8. *Becchica* ex *acidis volatilioribus* quoque nonnulla habemus, validè incidentia, ac proin non ſpernenda, veluti ſunt quæ *vitriolico ſale* carent, v. gr. *Spiritus ſalis, Spiritus ſulphuris, Sal volatile ſuccini, Millepedum* aut *Formicarum*; Quibus adde *Spiritum antaſthmaticum Michaëlis, Oxymel ſimplex*, vel *ſquilliticum* aut *helleboratum Geſneri.*

### *Formulæ Thoracicorum Incidentium.*

℞. *Radic. Tuſſilag.* ℥ß.
*Herb. Veronic.*
*Scabioſ. ana* Mj.
*Flor. Bellid. min.* Mß.
*Semin. Aniſ.* ℥iß.
*Ficuum. ping. Num.* vij.
*Jujubar.*
*Sebeſten. ana Num.* vj.
*Tartari alb.* ʒj.
*Inciſa & contuſa coque in*
*Aqu. fontan.* Miß. &
*Vin. alb.* Mß.
*Ad ſextam ebullitionem, in fine coctionis adde Mellis roſati cochlearia duo, Colaturæ bibatur m. ac v. cyathus plenus calidè.* Vel

℞. *Radic. Squill.* ℥ß.
*Helen.*
*Liquirit. ana* ʒij.

*Herb.*

*Herb. Hyſſop.*
*Scabioſ. ana* Mj.
*Flor. Tuſſilagin.* Mß.
*Semin. Fœnicul.* ʒiß.
*Paſſul. major. exac.* ℥j.
*Ficnum ping. Num.* vj.

*Inciſa & contuſa coque in Aqu. fontanæ* Miß. *in vaſe duplici per horam integram, ſub finem coctionis adde cochlearia duo Mellis. Colatura in uſum vocetur, ut ſupra.* Vel

℞. *Radic. Enul. campan.* ℥ß.
*Ariſtol. rot. ver.*
*Aſclepiad.*
*Squillæ ana* ʒij.
*Lign. Saſſafras* ʒiij.
*Herb. Heder. terr.*
*Meliſſ. Hyſſop.*
*Veronic.*
*Flor. Papav. rhead.*
*Bellid. min. ana* Mß.
*Semin. Fœnic.* ʒj.
*Paſſul. major. exacin.* ʒvj.
*Jujubar. Num.* viij.
*Pinear.* ʒij.

*Inciſa & contuſa coquantur, ut ſupra pro Potu pectorali.*

℞. *Radic. Tuſſilag.* ℥ß.
*Helen.*
*Gramin. ana* ʒiij.
*Ariſtol. rot. ver.* ʒij.
*Cortic. Lign. ſanct.* ℥j.
*Winteran.* ʒj.
*Herb. Praſii, Pulmonar.*
*Heder. terr.*
*Hyſſop. ana* Mß.

*Semin. Fœnic.* ʒij.
*Paſſul. min.*
*Fol. Sen. ſ. ſ. ana* ℥j.
*Agaric. trochiſcat.* ℥ß.
*Zingib.* ʒj.

*Inciſa & contuſa d. ad ch. Affunde Vini albi veteris* Mij. *Quotidie mane hauriantur unciæ quatuor.*

℞. *Succ. Rapar. ſub ciner. coct.*
*Sacch. cand. alb. ana* ℔ß.
*Spec. diaireos ſimpl.* ℥j.

*M. F. Linctus, de quo cum bacillo Liquiritiæ ſubinde lambatur in Tuſſi, Raucedine,* &c. Vel

℞. *Syr. de Eryſim. Lobel.*
*Oxymel. ſimpl. ana* ℥j.
*Aq. flor. Acac.* ʒvj.
*Ol. Amygdal. dulc. rec. expr.* ℥j.
*Gumm. ammon. aceto ſquillit. ſolut.* ʒß. *aut* ℈ij.

*M. ad Vitr. Sumatur ſæpius cochleatim, vel aliquot paucis doſibus.*

℞. *Oxymel. ſquillit.*
*Diacod. Montan.*
*Syr. Bellid. min. ana* ℥j.
*Aq. Veronic.* ℥ij.

*M. ad Vitr. Sumatur per cochlearia.* Vel

℞. *Syr. de Nicotian.*
*Jujub.*
*Ol. Amygdal. dulc. rec. expr. ana* ℥j.
*Aq. Fumar.* ʒvj.
*Spec. dianth.*
*diaireos ana* ℈ij.

*M. F. Eclegma ſæpius lambendum.* Vel

℞. *Oxymel. helleborat. Geſn.*
*Syr. de Eryſim. Lob.*
*Ol. Amygd. dulc. rec. expr. ana* ʒvj.

*Aq.*

*Aq. flor. Acac.*
*Scabioſ. ana* ℥ß.
*Mixtur. ſimpl.* ℈ij.
*M. F. Eclegma per cochlearia lambendum.* Vel
℞. *Oxymel. helleborat.* ℥iiij.
*Tinct. Tart.* ʒj.
*Spirit. Sal. arm. aniſat.* ʒß.
*Aq. Nucleor. Perſic.* ℥iß.
*Confect. Alkerm. compl.* ʒj.
*M. d. ad Vitr. in Aſthmate pertinaci à pituitâ viſcidâ.*
℞. *Conſerv. flor. Bellid. min.*
*Borrag. ana* ʒvj.
*Nuc. indic. condit.* ʒj.
*Flor. Sulphuris,*
*Ocul. 69. ppt.*
*Diaphoret. jovial. ana* ℈j.
*Syr. flor. Betonic. q. ſ.*
F. *Mixt. ad formam Opiatæ, de quâ ſæpius Nuciſtæ magnitudo capiatur.* Vel
℞. *Conſerv. flor. Tunic.*
*Violar. ana* ℥j.
*Confect. Alkerm. incompl.* ʒiß.
*Zinziber. condit.*
*Spec. diaireos ſimpl. ana* ʒij.
*Syrup. Papav. rhead. q. ſ.*
*M. F. Elect. molle d. ad fict. Doſis Nuciſtæ magnitudo.* Vel
℞. *Conſerv. fl. Roſar. rubr.*
*Bellid. min. ana* ℥j.
*Diaphor. jovial.* ʒiß.
*Spec. diaireos ſimpl.*
*Bol. Armen. ppt. ana* ʒiß.
*Syr. Bellid. min. ana q. ſ.*
*M. F. Elect. d. ad fict.*

℞. *Radic. Ireos florent.* ℈iiij.
*Bol. Armen. ppt.* ℈ij.
*Flor. Sulph.* ℈ß.
*Bezoin. gr.* v.
*Diaphor. jovial.* ℈ij.
*Confect. Alkerm.* ʒiß.
*Sacch. alb. in ſ. q. Aq. Roſar. ſolut.* ℥iij.

*M. F. Confectio in Rotulis, de quibus ſubinde aliquot lambatur.* Vel

℞. *Radic. Aron. Irid. fl. ana* ʒj.
*Liquirit.* ʒij.
*Sem. Aniſ.*
*Flor. Sulphuris, ana* ℈iiß.
*Succini alb. ppt.* ʒiß.
*Sacch. cand. alb.* ℥iß.

*M. F. Pulv. ſubtiliſſ.* Cui etiam addi poteſt *Oleum deſtillatum Aniſi.* Egregius ejus uſus eſt in *Tuſſi, Raucedine,* & *Aſthmate,* præcipuè in Infantibus. Doſis ℈j. plus minus pro ratione ætatis.

℞. *Radic. Liquirit. pulver.*
*Fol. Lichen. petr. ana* ℥ß.
*Sem. Aniſ.* ʒij.
*Sacch. cand. alb.* ℥iiß.

*Miſc. F. Pulv. ſubtiliſſ. d. adſcat.* Hujus particula per vices linguâ detinetur, donec ſenſim liqueſcat, & deplutiatur in Tuſſi.

℞. *Spec. diair. ſimpl.* ʒvj.
*Succ. alb. ppt.* ʒij.
*Flor. Sulph.*
*Sem. Aniſ. ana* ʒj.
*Sacch. cand. alb.* ℥iij.

*M. f. p. ſ. d. in Scat.*

℞. *Extract. Petaſit.*

*Veronic.*

*Veronic. ana* ℥j.
*Diaphor. jovial.*
*Gumm. ammoniaci Aceto ſolut. ana* ℈ij.
*Flor. Sulphuris* ℈j.
*Ol. ſtillatit. Aniſ. q. ſ.*

*M. F. l. a Pil. Num.* CLX. *conſpergendæ pul-vere Liquiritiæ, d. ad Scat. ſumantur* vij. *ad* x. *m. c v. pro doſi in Syrupo quodam pectorali.* Vel

℞. *Extract. Helen. Liquir.*
*Bellid. min. ana* ℈j.
*Specif. antihect. Poter.*
*Ocul. 69. ppt. ana* ℨß.
*Cinnab. nativ. opt.*
*Milleped. ppt. ana gr.* xv.
*Ol. ſtillat. Meliſſ. q. ſ.*

*M. F. l. a. Pil. Num.* CXX. *conſpergendæ pulvere Liquiritiæ, d. ad ſcat. ſumatur octo pluresve pro doſi m. ac v.*

℞. *Radic. Ireos florent.* ℥j.
*Helen. Squill.*
*Ariſtol. rot. ver. ana* ℥ß.
*Fol. Meliſſ. Salv. Hyſſop.*
*rec. Naſturt. aquat.*
*Folior. & flor. Bellid. min. ana* Mj.
*Bacc. Junip.* ℨij.
*Semin. Fœnic.* ℥ß.
*Urtic.* ℥iß.
*Cinam. opt.* ℥ß.
*Cardamom.* ℨiß.
*Cubebar.* ℨj.
*Pulmon. Vitul. rec. Num.* j.
*Sang. Hirc. adhuc calent.* ℔j.
*Vin. Malvat. opt.* ℔iß.
*Spir. Vini* ℔ß.
*Aq. Veronic.*

*Scabioſ. ana ℥iiij.*

*Inciſis & contuſis affunde liquores, tandemq; ſanguinem Hirci calentem, & ſtatim per* MB. *deſtilla. Liquor inde deſtillatus admodum ſpirituoſus probè aſſervetur.* Datur per cochlearia in Aſthmate, Tuſſi inveteratâ, etiam Phthiſi non ſine fructu. In præparatione, ſi *radices, herbæ, ſemina & aromata* invicem conciſa & contuſa, cum *Vino Malvatico*, *Vini ſpiritu*, & *Aquis*, per duos vel tres dies prius digerantur, & hinc demum adjectis reliquis deſtillatio ſuſcipiatur, tum Liquor & fragrantior & efficacior evadet.

*Demulcentia, oblinientia, incraſſantia thoracica.*

§. 9. *Incraſſantia pectoralia* in Catarrhis tenuibus ſalſis, acribus, *Tuſſim ferinam, Aſthma ſpaſmodicum,* imò *Suffocationis metum* excitantibus, vel etiam vaſa ſanguinea, aut veſiculas Pulmonum erodendo, *Hæmoptyſin*, *Ulcerationem* ac *Phthiſin* producentibus, adhibentur. Atque hinc conſtant partibus vel *mucilaginoſo-dulcibus* ac *temperatis*, nullo *Sale occulto acri* pollentibus, ſed in receſſu potius tenuibus aut aquoſo-ſulphureis, interdum blandè adſtringentibus vulnerariis; Vel conſtant particulis *narcoticis*, ſive *ſulphureis craſſis*, Spiritus ſopientibus.

*Mucilaginoſo-terrea.*

§. 10. *Mucilaginoſo-terreis* ac *vulnerariis alcalinis* particulis gaudent *Radices Althææ, Conſolidæ majoris, Folia Lichenis petræi, Sempervivi majoris, Telephii, Saniculæ, Pinguiculæ Geſneri, Agrimoniæ, Hepaticæ nobilis, Flores Papaveris rhæados Tuſſilaginis, Nuces pineæ, Piſtacia, Sebeſten, Amygdalæ dulces, Semina quatuor frigida majora, Eſſentiæ, Conſerva Roſarum rubrarum, Syrupus de Roſis ſiccis, Tinctura antiphthiſica, Species diatragacanthi frigidi, Bolus Armena, Sanguis draconis verus,* aliaque abſorbentia.

§. 11. *Sul-*

§. 11. *Sulphureo narcoticorum* claſſi adjudicamus *Opium, Theriacam Andromachi, Theriacam cœleſtem* ſeu *Extractum Thèriacæ, Semen Papaveris albi,* & *Hyoſcyami, Pilulas de Styrace,* aut *Cynogloſſâ. Eſſentiam anodynam, Syrùpum anodynum, Diacodium Montani, Sulphur anodynum Vitrioli cum Tincturâ Sulphuris vitrioli.* **Sulphureo-narcotica.**

## *Formulæ Thoracicorum, demulcentium, incraſſantium.*

℞. *Conſerv. fl. Roſar. rubr.* ℥j.
*Radic. Symphyt. condit.* ʒij.
*Pulv. Lichen. petr.* ʒij.
*Bol. Armen. ppt.*
*Diaphor. jovial. ana gr.* xv.
*Syr. Papav. rhæad. q. ſ.*
*M. f. Electuar. d. ad Oll. Sumatur ſæpius Nuciſtæ magnitudo.* Vel

℞. *Conſerv. flor. Roſ. rubr.*
*Tunic. ana* ʒvj.
*Conf. Hyacinth.* ʒij.
*Spec. diatrag. frig.*
*Unicorn. foſſil. ana* ʒj.
*Syr. de Roſis ſicc. q. ſ.*
*M. f. Mixtura ad formam Opiatæ, ſumatur ut ſupra.*

℞. *Diacod. Montan.* ʒij.
*Syr. de Nicotian.* ℥iß.
*Aqu. Fumar.*
*Plantag. ana* ʒiij.
*Spec. diatrag. frig.* ʒß.
*M. ad Oll. Sumatur, inprimis noctu quandoq; cochleare plenum.* Vel

℞. *Olei Amygd. dulc. rec.*

*Syr. de Liquirit.*
*Alth. Fernel.*
*Nicotian. ana* ℥j.
*Aq. Sanicul.*
*Scabioſ. ana* ʒvj.
*Bol. Armen. ppt.* ʒj.
*Sang. dracon. ver.* ℈j.
*M. d. ad Vitr. cochleatim ſumatur.* Vel

℞. *Ol. Lini rec.* ℥j.
*Sperm. Cet. rec.* ʒiß.
*Syrup. de Liquirit.*
*Bell. min. ana* ℥iß.
*Eſſent. Croc.* ʒj.
*Spec. diatragac. frig.* ℈ij.
*Miſc. f. Eclegma detur in Pyx. ſæpius cum baculo liquiritiæ lambendum.*

℞. *Maſſ. P. de ſtyrace* ℈ß. vel
*de Cynogloſſ. gr.* v.
*Ol. ſtillatit. Majoran. gutt.* j.
*M. f. Pilulæ num.* vj. *Sumantur pro doſi noctu in Tuſſi ferinâ.* Vel

℞. *Theriac. cæleſt. gr.* vj.
*Cinnabaris nativ. gr.* iiij.
*Ol. ſtillat. Bacc. Junip. gutt.* j.
*M. f. Pil. num.* v. *Sumantur pro doſi.*

℞. *Extract. Fol. Querc.*
*Plantag.*
*M. Pil. è Styrace ana* ʒß.
*Succin. alb. ppt.*
*Diaphor. Mart. ana* ℈j.
*Cinnab. Antimon. opt.* ℈ß.
*Gumm. Arabic. acet. ſolut.* ℈ij.
*Miſce cum pauxillo Tereb. f. l. a Pil. Piſi minoris magnitudine, capiantur* viij. *vel* x. *pro doſi.*

℞. *Tincturæ*

*Tincturæ antiphthiſic.* ℥ij.

*D. ad Vitr. Sumantur.* xv. *ad* xx. *gutt. pro doſi in Hæmoptyſi cum vehiculo convenienti.*

℞. *Pulv. Fol. Lichen. petr.* ℥ß.
*Veronic.* ʒiß.
*Bol. Armen. ppt.* ʒij.
*Sacch. cand. alb.* ℥iß.

*M. f. pulv. ſubtiliſſ. d. ad ſcat. Doſis* ʒj. *bis vel ter de die cum Juſculo, in Phthiſi.* Vel

℞. *Pulver. Fol. Lichen. petr.* ʒij.
*Bol. Armen. ppt.*
*Terr. ſigillat. ana* ʒj.
*Semin. Papav. alb.*
*Melon. ana* ℈ij.
*Sacch. penid.* ℥iß.

*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. ſæpius ſiccè lambendum in Tuſſi diuturnâ.*

℞. *Sperm. Cet. rec.* ʒij.
*Sacch. cand. alb.* ℥j.

*M. f. p. ſ. d. in Scat. ac ſæpius inde cuſpis cultri plenus exhibeatur.*

§. 12. *Cautelas* quod attinet, in Pectoralium præſcriptione obſervandas, fuſius illæ à Celeberr. Wedelio in *Amœnitatibus Materiæ Medicæ* proponuntur, & commodè ad ſequentes regulas contrahi poſſunt. *Primò*: Ne præſcribantur Incraſſantia, ubi opus Incidentibus, & vice verſâ: *Secundò*: Ubi Exulceratio & Excoriatio adeſt bronchiorum, aut veſicularum Pulmonis, à ſalino-acribus, tam fixis quàm volatilibus abſtinendum, neque etiam Aromatica acria in hoc caſu proſunt. *Tertiò*: Quando Anxietas præcordiorum magna cum Pleuritide ac Febre præſens eſt, tum Aſthma ac Tuſſis ægrè fert opiata & metum ſuffocationis cauſatur. *Quarto*: In Hæmoptyſi ab acribus omnibus abſtinendum, & ſola

& ſola terrea abſorbentia aliaque blandè adſtringentia uſurpanda: *Quintò.* Ubi Tuſſis eſt contumax, atque pituitæ copia magna in Pectore, ibi à multis ſaccharatis & mellitis eſt abſtinendum, in his enim Spiritus latitat corroſivus, qui facilè lacerare ſubſtantiam Pulmonum poſſet, ſed *Decocta pectoralia, Pulveres, Pilulæ* atque *Eſſentiæ* potius in uſum vocari poſſunt.

# CAPUT XXIII.

## *De Remediis Cardiacis.*

§. 1.

*Quæ appellentur Cardiaca.*

C*Ardiaca*, vel *Cordialia confortativa* Remedia appellari conſueverunt, quæ Cordis Affectibus ſpecificè medentur. Cum autem tales Morbi ſint, v. gr. *Deliquium Animi, Syncope, Tremor & Palpitatio Cordis,* non niſi à præternaturali ſanguinis ac ſpirituum craſi & textura oriundi, conſequens eſt, Remedia cardiaca iis particulis donata eſſe debere, quæ præciſè dictam ſanguinis dyſcraſiam promptè emendant & corrigunt. Quo facto & viæ, ſi quæ circa Cor anguſtatæ ſunt, ſimul expedientur, & ſuam naturalem amplitudinem requirent.

*Conſtent 1. Particulis ſpirituoſo-ſalinis.*

§. 2. *Cardiaca* proin ante omnia conſtabunt particulis ſpirituoſo-ſalinis, iisque vel alcalinis, vel blando-acidis volatilibus, quemadmodum exiſtunt inter ſimplicia, quæ Sale volatili ſatis aperto pollent, *Flores Salis armon. Succi Plantarum naſturcinarum, Radices Aronis, Raphani ruſticani,* &c. Inter præparata *Spiritus Salis armon. urinoſus, Spiritus volatil. C. Cerv. Viperarum aut Eboris,* & id genus. Adde his pro vehiculo *Aquas* etiam ſpirituoſas, *Naſturtii,*

*tii*, *Chelidonii*, *Trifolii fibrini*, *Fumariæ*, *Aronis*, *Cochleariæ cum ſuo Spiritu*, &c.

§. 3. Secundò *Cardiaca* alia conſtant particulis ſalinis volatilibus blandis, cum balſamicis ſulphureis amicè junctis, quemadmodum exiſtunt inter ſimplicia, *Radices Apii*, *Angelicæ*, *Petaſitidis*, *Imperatoriæ*, *Calami aromatici*; *Herbæ Meliſſæ*, *Scabioſæ*, *Fumariæ*, *Borraginis*, *Thymi*, *Bugloſſæ*, *Roriſmarini*, *Ozymi*, *Flores* 4. *cordiales*, ut & *Salviæ*, *Anthos*, *Semina Aniſi*, *Fœniculi*, *Aromata*, *Cinamomum*, *Cubebæ*, *Cortex Winterani*, *Caryophylli*, *arom. Camphora*, *Crocus*, *Moſchus* & *Ambra*, *Salia volatilia oleoſa*, *Eſſentia Succini*, *Elixiria varia cordialia*, *Spiritus Ceraſorum nigrorum*, *Spiritus Anthos*, & aliarum Plantarum aromatico balſam.; *Ros Solis*, & ſimilia, *Aqua cardiaca officinalis*, *Aqua deſtillata Meliſſæ*, *Borraginis*, *Bugloſſæ*, *Florum Acaciar. Roſarum*, *Betonicæ*, *Veronicæ*, *Fumariæ*, &c. *2. Particulis blandis ſalino volatil. balſamicis.*

§. 4. Vel tandem conſtare poſſunt particulis terreſtribus plus minus fixis, ſed tamen heterogenea ſanguinis Salia invertentibus, alcalinâ virtute abſorbentibus, ac præcipitantibus, velut exiſtunt *C. C. Ebur*, *Mater Perlarum*, *Margaritæ*, *Lapis bezoardicus orientalis* vel *occidentalis*, *Cinnabaris nativa* vel *Antimonii rectificata*, *Antimonium diaphoreticum*, *Folia Auri*, *Bezoardicum lunare* vel *ſolare*, *Aurum horizontale*, *Confectio Alkermes completa* aut *incompleta*, &c. *3. Particulis terreſtribus fixis.*

## *Formulæ Cardiacorum.*

### *Aqua Cardiaca noſtrarum officinarum.*

℞. *Aq. Ceraſ. nigr.*
*Meliſſ. Violar.*
*Fl. Acac. Borrag. ana* ℥iß.

*Flor.*

*Flor. Roſar.*
*Til. ana* ℥j.
*Cinam. opt.* ʒvj.
*Julep. roſac.* ℥iij.
*M. ad Vitr.* Vel alia.
℞. *Aq. Borrag. Fumar.*
*Flor. Acac.*
*Syr. è ſucc. citr. ana* ʒvj.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*Aqu. Cinamom.* ʒij.
*M. ad Vitr.*
Vel ℞. *Aqu. Cardiac. offic.*
*Scabioſ. ana* ℥iß.
*Syr. Rub. idæi* ʒvj.
*Confect. Alkerm. incompl.* ℈ij.
*Aqu. Cinam.* ʒiiß.
*M. ad Vitr. Sumatur cochleatim.*
Vel ℞. *Aqu. Ceraſ. nigr.* ℥iiß.
*Fl. Acac. Borrag. ana* ℥j.
*Cinam. bugloſſat.* ʒiij.
*Syr. Corallor.* ʒvj.
*flor. Tun.* ℥ß.
*Confect. alkerm. compl.* ℈ij.
*Matr. perl. ppt.*
*Ebor. pph. ppt. ana* ℈j.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*M. ad Vitr.*
℞. *Aq. Card. Mar.*
*Flor. Acac. Meliſſ.*
*Fænic. ana* ℥iij.
*Cinnam. bugloſſat.* ℥ß.
*Naphæ* ℥j.
*Acetoſell.* ℥j.
*Syr. Ribium.* ʒvj.
*Confect. alkerm.* ℈iiß.

C. C.

*C. C. philoſoph. ppt. vel*
*Oſſ. de Corde Cerv.*
*Margarit. ppt. ana* ℈ij.
*Elæoſacch. Citr.* ʒij.
*M. ad Vitr.*

Vel ℞. *Aq. Flor. Acac.*
*Til.*
*Ceraſ. nigr. ana* ℥j.
*Cinam. bugloſſat.* ʒiij.
*Antimonii diaphor.*
*Confect. Alkerm. compl. ana* ʒß.
*Rotul. Man. Chr. perlat.* ʒij.
*M. ad Vitr.*

Vel ℞. *Aqu. fl. Acac.*
*Calend. ana* ℥ißS.
*Meliſſ.*
*Ceraſorum nigr.*
*Naphæ ſ. flor. Auratior. ana* ℥ij.
*Sacch. perlat.* ℥ß.
*Corall. rubr. ppt.* ʒß.
*Spir. Sal. armon. aniſ.* ℈j.
*Miſc. detur ad Vitr.*

## *Elixiria Cordialia.*

℞. *Rad. Ireos flor.* ℥ß.
*Calam. arom.* ʒiiß.
*Herb. Salv.*
*Meliſſ. ana* Mß.
*Cinam. opt.* ℥ß.
*Caryophyll. arom.*
*Cardamom. ana* ʒj.
*Cubebar.* ʒß.
*Cortic. Aurant.* ʒij.

*Inciſis & tenuiter contuſis affunde Spir. Vin. dephlegmati ad eminentiam* 4. *vel* 5. *digitorum, ſtent in di-*

*in digeſtione per octiduum vel ultra. Colatura poſtmodum filtrata ſervetur uſui.* Poteſt exhiberi ad cochleare dimidium vel integrum, in Deliquiis Animi, Anxietate Cordis, &c.

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
*Caryophyllat. ana* ℥ß.
*Fol. Roriſmarin.*
*Meliſſ. Ozym.*
*Flor. Roſar. ana* Mj.
*Aurant.* Mß.
*Croc.* ʒj.
*Semin. Aniſ. ſtell.* ʒiß.
*Lign. Aloes.*
*Gran. Kermes. ana* ʒij.
*Cinam. opt.* ʒvj.
*Sacch. penid.* ℥iij.

*Inciſis & contuſis tenuiter affunde Vini Malvatici, Hiſpanic. aut Hungar. q. ſ. ad eminentiam 4. digitorum, ſtent per aliquot dies in digeſtione, poſtea Liquor inde per Baln. Mar. deſtilletur.*

Vel ℞. *Ceraſor. nigr. recent. q. v. adde*
*Cinnam. opt.* ℥j.
*Caryophyll. arom.* ℥ß.
*Cubebar.* ʒj.
*Sacchar. Aqu. Roſ. ſolut.* ℥iiij. plus minus.

*Ceraſa liberentur à ſuis pediculis, reliqua nonnihil incidantur, atque hinc affunde ſpiritûs Vino rectif. q. ſ. ad eminentiam 4. digit. ſtent benè clauſa, & tempore neceſſitatis cochleare unum vel alterum ſumi poteſt.*

Vel ℞. *Fragor. rec. matur. q. v.*
*Benè mundatis & non contuſis affunde*
*Spir. Vini dephlegmat.* Mj.
*Cinam. opt.* ℥j. *vel* iß.
*Caryaphyllor. arom.* ʒiij.

*Lign.*

*Lign. Aloës* ℥ij.
*Cardamom.* ℥iß.

*Stent per* xv. *dies in loco nonnihil calido, poſtea miſce*

*Aq. cardiac. officin.* ℔j.
*Sacchar. opt.* ℔ß.

*Et ſic in Vitro capaci benè munito uſui aſſerva.*

## *Pulveres Cardiaci.*

℞. *Matr. Perl. ppt.*
*Ebor. ppt.*
*Oſſ. de Cord. Cerv. ana* ℈ij.

*M. F. Pulv. ſubt. in* iv. *vel* vj. *doſ. æq. divid.*

Vel ℞. *C. C. ph. ppt.*
*Bezoard. miner.*
*Ocul. 69. ppt.*
*Radic. Ireos flor. ana* ℨß.

*M. F. Pulv. cardiac. dividend. ut ſupra.*

Vel ℞. *Margarit. ppt.* ℈j.
*Ebor. ppt.*
*Corall. rubr. ppt. ana* ℈ß.
*Lapid. bezoard. orient. gr.* vj.

*M. F. Pulv. in* ij. *doſ. æq. divid. ad ch.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.*
*Cryſtall. alb. ppt. ana* ℨj.
*C. C. ph. ppt.* ℈ij.
*Diaph. jovial.* ℈j.

*M. F. Pulv. in* vj. *vel* viij. *doſ. æq. ad ch.*

Vel ℞. *Ocul. 69. ppt.*
*Matr. Perl. ppt. ana* ℈j.
*Auri horizontal. gr.* vj.

*M. F. Pulv. in* ij. *doſ. æq. ad chart.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.*

*Ebor. ph. ppt. ana* ʒß.
*Diaphor. Solar. ſi haberi poteſt.* ℈ß.
*M. f. Pulv. ſubt. in* iij. *doſ. æqu. ad ch.*

Vel ℞. *Unicorn. foſſil.*
C. C. *ph. ppt.*
*Bezoard. miner. ana* ʒß.
*Cinnab. nativ. opt.* ℈ß.
*M. F. Pulv. in* iiij. *doſ. æq. divid. ad chart. & cum vehiculo congruo ſumend.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.* ℈ij.
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Bezoard. miner. ana* ℈j.
*Salis volat. oleoſ. ſicci gr.* xij.
*M. F. Pulv. ſubt. in* iiij. *doſ. æq. ad chart.*

## *Epithemata Cordialia.*

℞. *Aq. Flor. Acac.*
*Fœnicul.*
*Spiritus Lil. convall. ana* ℥j.
*Spirit. Vin. camphor.* ℥ß.
*Eſſent. Zedoar.* ʒij.
*M. ad Vitr. ac ſubinde linteum in calefacto Liquore madefactum & expreſſum Pectori imponatur.*

Vel ℞. *Spiritus Ceraſ. nigr.* ℥iiiß.
*Roſar.* ℥j.
*Juniper.* ℥ß.
*Aq. Meliſſ.*
*Borrag. ana* ʒvj.
*Eſſent. Croc.* ʒij.
*M. ad Vitr. uſurpetur ut ſuperius.*

Vel ℞. *Aq. Bugloſſ.* ℥ij.
*Roſar.*
*Spiritus Anthos.*
*Lil. convall. ana* ℥iiß.

*Volat.*

*Volat. C. C.* ℥ß.
*Confect. Alkerm. compl.* ʒij.
*M. ad Vitr. Uſus ut ſuprà.*

Vel ℞. *Rad. Angelic.*
*Cyper. ana* ℥ß.
*Herb. Meliſſ. Ozym.*
*Salv. nobil. ana* Mij.
*Summit. Thym.*
*Ror. mar. ana* Mj.
*Flor. Roſar.*
*Violar. ana* Mß.
*Bacc. Junip.* ℥ß.

*Inciſa & contuſa tenuiter inſuantur Sacculis duobus interpaſſatis, qui in Vino albo generoſo cocti, expreſſi, atque hinc Spiritu Ceraſor. nigr. vel Vini camphorato conſperſi pectori applicentur, ac ſubinde renoventur.*

Vel ℞. *Radic. Petaſit.*
*Imperat.*
*Zedoar.*
*Galang. ana* ʒiij.
*Herb. Majoran.*
*Hyſſop.*
*Meliſſ. ana* Mj.
*Flor. Betonic.*
*Salv.*
*Anthos. ana* Mß.
*Cinam. opt.* ℥ß.
*Caryophyllor. arom.*
*Styrac. calamit. ana* ʒij.
*Camphor.* ʒj.

*Inciſa & contuſa inſuantur Sacculo interpaſſato, qui Vino malvatico, vel albo generoſiori incoctus & expreſſus, Cordis regioni applicetur, ſæpius renovandus.*

*Naribus applicanda.* §. 5. Tandem & in *Cardiacorum* cenſum venire poſſunt ea, quæ naribus applicantur, ad Homines è deliquiis excitandos, quæ inter ſunt partim *Spiritus volatiles ſalini*, partim *Balſama* naribus ac temporibus inungenda, partim *Spiritus ſulphurei aromatici*, prout eſt *Spiritus Anthos* aut *Anhaltinus*; partim etiam *Succinum*, *Corium*, *Pennæ Volucrium*, & id genus accenſa; partim alia, quæ ſimul hyſterica ſunt, ac Fœminis inprimis conveniunt. Viris verò ſubinde vel ſola *Aqua frigida* faciei inſperſa, vel *Acetum* etiam Naribus frequenter admotum, Animi deliquia aufert.

*Cautelæ pro uſu Cardiacorum.* §. 6. In uſu tamen Cardiacorum remediorum interdum cautelæ quædam obſervandæ ſunt, quò tanto felicius in Medicâ Praxi verſari quis poſſit. Et quidem primò cavendum, ne ab uno extremo ad alterum præcipitetur Ægroti Maſſa humoralis, id eſt, ne ejuſdem lentorem rarefaciendo nimiam fluiditatem æquè noxiam inducamus. Quamobrem pro diverſâ humorum craſi Cardiaca Remedia ſtudioſè ſunt moderanda, & quæ inter ea volatilium nomine veniunt, ita parcè exhibenda, ut quamprimum ſymptomata maligna inde mitigata obſervamus, aut prorſus ablata, ab eorum uſu confeſtim deſiſtamus, ac interea temperatiorum Cordialium uſui inſiſtamus, qualia ſunt *Mixturæ cardiaco-diaphoreticæ*, cum *Syrupo acidulo, fixisq; pulveribus concinnatæ*.

§. 7. Secundò inter uſum Cordialium proſpiciendum, ne aër externus, vel nimium calidus vires maximopere exſolvat, vel nimium frigidus humoralem Maſſam tenaciorem efficiat. Quin ſubinde temperatior aër, iſque liberior admiſſus, longè plus Spirituum affundere poteſt, quàm mille remedia cardiaca. Atque hinc eſt, quòd in Ægro-

Ægrorum convaleſcentiâ quandoque aëris mutatio omne punctum ferat.

§. 8. Tertiò in præſcriptione Remediorum cardiacorum à copioſis ſaccharatis ſtudioſè eſt abſtinendum, non enim ſemper, quod palato dulce & gratum exiſtit, ſimul ſtatim cardiacum eſt. Quin cùm Saccharum copioſo ſpiritu acido & acri polleat, inde maſſa humoralis magis viſcida & acris, quàm ſpirituoſa redditur. Non tamen, quod de Sacchari occultá aciditate heic dico, in genere etiam de omnibus apertè acidis intellectum velim, quandoquidem pro diverſitate humorum conſtitutionis, inprimis ubi ſal volatile bilis nimium effræne & impetuoſum in ſanguine eſt redditum, aciduli etiam Succi utiliter Cardiacis permiſceri ſolent, non illi tamen auſteri, & ſale acido fixo plus minus gaudentes. Meliores autem *Succi aciduli* deſumuntur è *Rubo idæo*, *Malo citreo*, aut *Limonio* benè maturo, *Acetoſâ*, *Trifolio acetoſo*, & id genus, quorum acido-ſalinæ particulæ nonnihil volatiles & penetrantiores exiſtunt. *A copia Sacchari abſtinendum.*

§. 9. Quartò accuratè quoque attendendum, num ſanguinea maſſa plus juſto ſit fluida & reſoluta; hoc enim in caſu à volatilioribus cardiacis prorſus eſt abſtinendum, ac in uſu fixiorum, ut & acidulorum Remediorum nonnihil eſt hærendum, tantoque id magis, quando ſudores colliquativi ſunt metuendi. *In Sanguine fluido à volatilibus abſtinendum.*

§. 10. Quintò, quando ſudores copioſi adſunt, ut vires inde detrimentum patiantur, non quidem illi confeſtim totaliler ſunt reprimendi, quia hâc ratione Febrim augeremus, aut etiam malignam efficeremus: neque adeo cardiaca Remedia, quæ tum præſcribi ſolent, potentibus diaphoreticis ſunt permiſcenda, quoniam ſic facilè *Sudores non ſtatim repellendi vel ſiſtendi.*

ſudores colliquativos excitaremus. Verùm temperata medicamina, v. gr. ex *Aquis* nonnihil *refrigerantibus*, cum *Syrupis acidulis* & *Pulveribus fixis* concinnata, ſunt præſcribenda, ſequentem aut ſimilem in modum, v. gr.

℞. *Aq. Borrag.* ℥iß.
*Endiv.*
*Plantag. ana* ℥j.
*Syr. Rub. idæi.* ʒvj.
*Corall. rubr. ppt.*
*C. C. uſt. ana* ℈j.
*Rot. man. Chr. ſimpl.* ʒj.
*M. ad V. ſumatur cochleatim.*

Vel ℞. *Aq. Fol. tener. Querc.* ℥iß.
*Torment. Fl. Acac.*
*Syr. Corallor. ana* ʒvj.
*Unic. foſſil. Terr. ſigill. ana* ℈j.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*M. ad Vitr.*

Vel ℞. *Aq. Bugloſſ.* ℥iiß.
*Ulmar. Lactuc. ana* ʒvj.
*Syr. è ſucc. Citr.* ℥j.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*Matr. Perl. ppt.*
*Corall. rubr. ppt. ana* ℈j.
*Confect. Alkerm.* ʒß.
*M. ad Vitr.*

Vel ℞. *Aq. Plantag. Borrag.*
*Burſ. paſtor. ana* ℥j.
*Cinam. cydon.* ʒiij.
*Syr. Acetoſell.*
*Limon. ana* ℥ß.
*Confect. Hyacinth.* ℈ij.
*Matr. Perl. ppt.*
*Unic. foſſil. ana gr.* xv.
*M. ad Vitr.* Detur cochleatim.

CAPUT

# CAPUT XXIV.

## *De Remediis Stomachicis.*

§. 1.

S*Tomachica* ea dicuntur remedia, quæ ventriculo opitulantur, ejuſque morboſis Affectibus præcipuè, atque hinc ſecundariò toti animali œconomiæ ſuccurrunt. Uſque adeo pendet ſalus Machinæ à Ventriculo, ut niſi hic ſalubrem probeque digeſtum ad ſanguineum laticem transmittat humorem chyloſum, ipſa quoque Machina ſtatim heic aut ibi malè habeat. *Definitio.*

§. 2. Quandoquidem ergo maximopere, ſive in ſano, ſive in ægro corpore, ad Ventriculi ſtatum Medico eſt attendendum, ſtudioſèque curandum, ut illius functiones ritè omnes peragantur, Stomachicorum certè Medicamentorum accuratam quisque notitiam ſibi comparare debebit. Cùm autem Stomachus diverſimodè affici ſoleat, ſive per calorem exceſſivum, ſive per eundem deficientem; ſive ratione Liquoris gaſtrici digeſtivi, qui nunc imminui, nunc planè deficere, nunc etiam depravari ſolet; ſive denique ratione villorum aut fibrarum muſculoſarum, nunc ſtrictarum, nunc laxatarum valdè, *Stomachica* remedia varia quoque erunt, ſingulis Ventriculi Affectionibus opponenda. Quæ qui judicioſè, quavis occaſione datâ, ſeligere, applicare, aut exhibere noverit Medicus, feliciſſimè noſtrâ quidem opinione, in Praxi medicâ verſabitur, ſiquidem in quocunque morbo, quo citius Ventriculus eſt reſtitutus, eo citius quoque Æger ſanabitur.

§. 3. *Stomachica* calorem Ventriculi exceſſivum temperantia, vix niſi Bilioſi requirunt homines, in *Stomachica calorem exceſſivum temperantia.*

in quibus ſal volatile oleoſum Bilis ſæpius exundat & æſtuat. Hunc verò ſalium acrium æſtum mitigant & reſtinguunt ea, quæ ſale nitroſo refrigerante, vel particulis blando-acidis, aut etiam terreis abſorbentibus pollent, quibus tamen ea ſimul, quæ tonum fibrarum ſtomachi firmant & roborant, ſunt intermiſcenda. In qualem cenſum proin referimus primo omnium *Acidulas* quaſcunque, principaliter autem *Macro-Sualbacenſes*, ſpiritu egregio vitriolico martiali, Bilis ferocia ſalia diluente ac præcipitante, ſulphura nimis exaltata deprimente, ſed & tonum Ventriculi inſigniter firmante, ejuſdemque fermentum eximiè reſuſcitante præditas. Dein huc referimus quoque *Salia Plantarum* acidularum & amararum *eſſentialia, eſurina* dicta, *Nitrum antimoniatum, Prunellæ lapidem, Vitriolum Martis, Cremorem Tartari, Tartarum vitriolatum, Arcanum Tartari, Sal Abſynthii, Centaurii minoris, Juniperi, Cardui benedicti, Oculos Cancror. pptos, Corallia ppta, Conchas pptas, Antimonium diaphoreticum, C. C. uſtum. Unicornu foſſile, Diaphoreticum martiale, Specificum ſtomachicum Poterii, Aquas deſtill. nitroſo ſale plus minus volatli gaudentes, Lactucæ, Endiviæ, Cichorii, Nymphææ, Portulacæ, Rubi idæi, Papaveris rheados, Roſarum, Violarum, Taraxaci; Syrupos Rubi idæi, Ribium, Cydoniorum, Corallorum, è Succo Citri, Limonum, Violarum, Berberum, Acetoſellæ, de Agreſtâ, de Nymphæâ, Julepum roſaceum, Spiritus Salis, Nitri, Sulphuris, Vitrioli, Tincturas Corallor. Salis tartari, Martis aperitivam, Antimon. Elixir Vitrioli Mynſichti, proprietatis Paracelſi, vel proprietatis ſine acido.* Roborantia his adduntur ex *Aquâ Borraginis, Florum Acaciæ, Bugloſſæ, Cinamomi cydoniatâ, Ceraſor. nigror. Bugloſſæ, Confectione hyacinthinâ, Matre perlarum pptâ* & ſimilibus. E

quibus formulæ variæ fieri poſſunt, verb. grat.

*Pulveres Stomachici.*

℞. *Ocul. 69. ppt.*
*Antimonii diaphor. ana* ℈ij.
*Vitriol. Mart. optim.* ℈j.
*M. f. pulv. ſubt. in* 4. *doſ. æqu. ad ch. Sumantur cum Aquâ Borraginis.*

℞. *Crem. Tartari.* ʒj.
*Salis Abſinth.*
*Cent. min. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt. in* iv. *doſ. æq. ad ch.* mane ac veſperi ſumendas horâ ante paſtum.

℞. *Tartari vitriolat.*
*Salis Juniper.*
*Card. ben. ana* ℈j.
*Cremor. Tartar.* ℈ij.
*M. f. Pulv. ſubt. in* 4. *doſ. æq. ad ch.*

℞. *Nitri antimon.* ℈j.
*Corall. rubr. ppt.*
*Conch. ppt. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt. in* iiij. *doſ. æqu. ad ch.*

℞. *Salis eſſent. Acetoſell.*
*Citr. ana* ℈ß.
*Lapid. prunell.* ℈j.
*M. f. Pulv. in* 2. *doſ. æqu. ad ch.*

℞. *C. C. uſt.*
*Diaphor. mart.*
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Matr. perl. ppt. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æqu. ad ch.*

*Julepi Stomachici.*

℞. *Aqu. Portulac.* ℥ij.
*Nymph. Borrag. ana* ℥j.

*Syr. è ſucc. Citr.* ℥iß.

*M. f. Julep. pro 2. doſ. ſpatio 8. horarum ſumendis.*

℞. *Aqu. Endiv.*
*Lactuc. ana* ℥j.
*Syr. Corall.*
*Rub. id. ana* ℥ß.
*M. f. Julepus pro doſi.*

℞. *Aqu. Rub. id.* ℥iiij.
*Fragor.*
*Cichor. ana* ℥iß.
*Plantag.* ℥j.
*Syr. Ribium.*
*de Agreſt. ana* ℥ij.
*M. F. Julepus pro* iij. *vel* iiij. *doſibus.*

℞. *Aq. fontan.* ℔ij
*Rub. id.* ℥iiij.
*Syr. Limon.* ℥iij.
*Berber.* ℥j.
*Spiritus Sulph. q.ſ. ad gratam aciditatem.*
*M. F. Julepus pro pluribus vicibus.*

℞. *Aq. Violar.*
*Portulac.*
*Buglosſ. ana* ℥ij.
*Syr. Violar.*
*Cydonior. ana* ℥j.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*M. F. Julepus pro* iij. *doſibus.*

℞. *Aq. Endiv.* ℥iiß.
*Taraxac.*
*Nymph.*
*Lactuc. ana* ℥iß.
*Syr. Rub. id.*
*Acetoſell. ana* ʒvj.
*Spiritus Nitr. q. ſ. ad grat. acidit.*

*M. F.*

*M.f. Julep. pro* ij. *vel* iij. *doſibus.*

℞. *Aqu. Lactuc.*
*Plantag. ana* ℥iß.
*Roſar.* ℥ß.
*Cinam. cydon.* ʒiij.
*Syr. Acetoſit. Citr.* ℥j.
*de Nymph.* ℥ß.
*Confect. Hyacinth.* ʒß.
*M. ad Vitr. hauriatur* iij. *vel* iiij. *doſibus.*

℞. *Aqu. Papav. rhead.*
*Succiſ. ana* ℥iß.
*Julep. roſac.* ʒij.
*Syr. Corallor.*
*Cydon. ana* ℥ß.
*Conf. Alkerm. inc.* ʒj.
*M. ad Vitr. Sumatur cochleatim.*

## *Eſſentiæ Stomachicæ.*

℞. *Tinct. Corallor. vel Antim.* ʒiij.
*D. ad Vitr. Sumantur* xx. *ad* xxv. *gutt. m.* *c v. cum Aquâ Borraginis* aut *Lactucæ.*

℞. *Tinct. Martis aperitiv.* ℥ß.
*D. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xxv. *gutt. cum Aq.* *Bugloſſ. aut flor. Acac.*

℞. *Elix. propriet. ſine acid.* ʒiß.
*Tinct. Corall.* ʒj.
*M. ad Vitr. Doſis* xxv. *gutt.*

℞. *Tinct. Salis Tartar.*
*Elix. Vitriol. Mynſ. ana* ʒiß.
*M. detur ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xx. *gutt. cum* *Aq. plantag.*

℞. *Elix. propriet. Parac.* ʒij.
*Detur ad Vitr. Doſis gutt.* xii. *ad* xviii. *cum* *Juſculo,* vel *Vino albo.*

℞. *Tinct. Corall.* ʒiij.
*Clyſſ. Antimon.* ℈ß.

*Aqu.*

*Aqu. Cinam. opt.* ℥j.

*Miſce detur ad Vitr. Doſ.* 15. *ad* 20. *gutt. mane ac veſperi.*

℞. *Tinct. Mart. aperit.*
*Corall. ana* ℥iiß.

*M. ad Vitr. Doſis* xx. *ad* xxx. *gutt.*

℞. *Tinct. Salis Tartar.*
*Antimon. ana* ℥ij.

*M. ad Vitr. Doſis* xx. *ad* xxx. *gutt.*

*Stomachica calefacientia.*

§. 4. *Stomachica calorem Ventriculi deficientem reſuſcitantia, augentia*, ab Hominibus requiruntur pituitoſâ vel acidâ intemperie præditis, quorum Ventriculi regio etiam æſtivo tempore multum friget, quique adeo Chylificatione imminutâ, Dyſpepſiâ, ſive ſolutione debili aſſumtorum laborant, hinc Torminibus ventris ac Alvi fluxibus obnoxii; ab aſſumtis frigidis ac acidis ſtatim malè habentes, atque ſaburram pituitoſi humoris, in ſtomacho frequenter colligentes: qui Appetitu quidem gaudent, ſed multum tamen ciborum ſine incommodo & gravante ſtomachi dolore ferre nequeunt. Remedia autem talia digeſtionem Ventriculi redintegrare, motum ac ſecretionem Chyli promovere, cruditates expedire, corrigere, aut è medio tollere, nervos quocunque modo irritatos placare, tonum fibrarum firmare, flatuoſas evaporationes ac vitioſas efferveſcentias impedire debent. Ad hos verò effectus omnes ac ſingulos præſtandos, neceſſarium eſt, ut *Stomachica* remedia in genere particulis ſalino-oleoſis ac balſamicis plus minus volatilibus, inſuperque terreſtribus magis minusve temperatis polleant. Quemadmodum ſunt *Aromata* omnia, verb. gr. *Cortex Winterani, Cinamomum, Caryophylli, Nux moſchata, Macis, Lignum Aloës, Cubebæ, Cardamomum; Radices Acori veri*, ſive *Calami*

*Calami aromatici, Cyperi, Galangæ, Zedoariæ, Impe-ratoriæ, Angelicæ, Petaſitidis, Zingiber. Piper. Cortices Aurantiorum* ac *Citri*; *Pulvis ſtomachicus Quercetani, Species aromaticæ roſatæ, caryophyllatæ, diagalangæ, dianthos, diaxylo-aloës, Tragea ſtomachica groſſa*; *Aqua Cinamomi cum Vino*, ac *cydoniata*; *Eſſentia Zedoariæ, Ligni aloës, Galangæ, Cinamomi, Calami aromatici*; *Elixir proprietatis Helmontii*, aliave *Elixiria ſtomachica*. His adde pro externo ſimul & interno uſu *Olea balſamica* & *aromatica*, aut *blanda reſinoſa*, v. gr. *Balſamum peruvianum, Oleum Nuciſtæ expreſſum*, ac *deſtillatum, Olea deſtillata* itidem *Cinamomi, Caryophyllorum, Menthæ, Macis, Angelicæ, Piperis, Zedoariæ*, &c. è quibus ſimul nunc *Unguenta* cum permixtis *Axungiis*, nunc *Emplaſtra* cum additis *Reſinis* & *Gummatibus* parare poteris. Vel etiam *ſpirituoſa* exiſtunt, de ſpiritu nunc *ſulphureo*, nunc *ſalino* magis participantia, quæ quidem magnopere evaporabilia & cruditatum emendatoria exiſtunt. Inter hæc verò primas tenet *Vinum*, illudque *generoſum*, nunc *ſimplex*, velut ſunt præter ordinaria tenuia optima *Vina* apud nos provenientia, *Vinum Creticum, Hiſpanicum, Malvaticum, Hungaricum, Frontiniacum*, aut *Lugdunenſe muſcatellinum*, &c. nunc *præparatum* vel *compoſitum, Hippocraticum* hinc dictum, qualia fiunt ex levi incoctione *Mellis* aut *Sacchari*, & *Cinamomi*, aliorumque Aromatum, in *Vino rubro*. Aliâs etiam heic facilius quoque componuntur, permiſcendo ſolùm *Eſſentiam Aromatum* ſufficienti quantitate tam *albo* optimo, quàm etiam *rubicundo Vino*, in quo prius *Mel* aut *Saccharum* leni decoctione fuit ſolutum. Qui *moſchatum* ejuſmodi *Vinum* amant, *Eſſentiæ Ambræ gryſeæ*, cum *Spiritu Roſarum* factæ, ſufficientem doſin ſimul permiſcere curant. Poſt *Vinum* etiam

etiam *Spiritus* reperiuntur plures *ſtomachici*, v. gr. *Spiritus Ceraſorum nigrorum*, *Cochleariæ*, *Spiritus Vini ſimplex*, *Spiritus Anthos*, *Elixir ſtomachicum* aut *Vitrioli Mynſichti*, *Rolfincii*, *Michaelis*, & id genus. E quibus Remediis ſequentes formulas concinnare licet:

℞. *Elix. ſtomach. Mich.* ʒiij.
*Detur ad Vitr. Doſis* xx. *aut* xxx. *gutt. cum Vino aut Juſculo.*

℞. *Elix. ſtomach. Mynſ.* ʒiiß.
*Eſſent. Zedoar.* ʒj.
*M. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xxv. *gutt. cum Vino* aut *Juſculo.*

Vel ℞. *Spiritus Cochlear.*
*Meliſſ.*
*Eſſent. Cinamom. ana* ʒiß.
*M. ad Vitr. Dentur* xx. *ad* xxx. *gutt. pro doſi.*

℞. *Elix. propriet. Helmont.* ʒiiß.
*Eſſent. Cent. min.* ʒiß.
*M. ad Vitr.* Doſis xviij. ad xxiv. gutt.

℞. *Vin. Cretic. aut*
*Malvatic. aliusve generoſioris.* Mß.
*Doſis* ℥j. *vel* ij. *quotidie ſemel, aut bis.*

℞. *Spec. aromat. roſat.* ℥ß.
*Imperator.* ʒij.
*Sacch. alb.* ʒvj.
*M. f. Trag. ſtomach. Doſis* ʒij. *cum Pane* toſto ac Vino macerato.

℞. *Spec. diaxyloaloës.*
*diagalang. ana* ʒiß.
*Cinam. opt.* ʒiij.
*Cortic. Aurant. recens è*
*Pomo abraſi* ʒj.
*Sacch. opt.* ℥iiij.

*M. F.*

*M. f. Trag. ſtomach.*

℞. *Conſerv. fl. Anth.* ℥j.
*Roſ. rubr. ſin. Vitr.* ℥ß.
*Nuc. Indic. condit.* ʒiß.
*Spec. diaxyloaloës* ʒj.
*Conf. Alkerm. compl.* ℈ij.
*Syr. fl. Tunic. q. ſ.*

*F. Mixtura ad formam Opiatæ, de quâ ſubinde Nuciſtæ magnitudo capiatur.*

℞. *Conſerv. fl. Aurant.* ℥j.
*Borrag.* ʒvj.
*Meliſſ.* ℥ß.
*Condit. Nuc. moſch.* ʒij.
*Calam. arom.* ʒj.
*Syr. de Cinam q. ſ.*

*M. F. Electuarium, d. ad fictile, ac ſubinde Nuciſtæ magnitudo capiatur.*

℞. *Aloës Succotr.*
*Myrrh. elect.*
*Herb. Abſynth.*
*Card. ben. ana* ℥ß.
*Radic. Zedoar.* ʒij.
*Croc.* ʒj.

*Invicem conciſis affunde Spirit. Vini dephlegmati q. ſ. & leni digeſtione extrahatur Tinctura ſtomachica, quæ à* XX. *ad* XXX. *gutt. exhiberi poteſt pro doſi.*

§. 5. Quòd ſi verò *Tinctura* hæc evaporetur ad *Mellis* conſiſtentiam, habebitur inſigne *Extractum ſtomachicum*, *calefaciens* ac *flatus diſcutiens*, *cujus doſis eſt à* ℈ß. *ad* ℈j.

℞. *Radic. Calam. arom.*
*Angelic. ana* ℥j.
*Galang.*
*Zedoar. ana* ℥ß.

*Semin.*

*Semin. Aniſ.*
*Fœnic.*
*Aneth. ana* ʒj.
*Herb. Card. ben.* Mj.

*Inciſis & probè contuſis affunde Aquam maximè ferventem, extrahatur inde Tinctura, quæ poſtmodum ad Mellis conſiſtentiam evaporanda.* Doſis hujus Extracti eſt à ℈ß. ad ʒß.

℞. *Lign. Aloës.* ℥j.
*Cinam. opt.* ʒiij.
*Caryophyll. arom.* ʒiß.
*Flaved. Cort. Aurant. rec.* ʒij.

*Inciſis & contuſis affunde q. ſ. Spiritûs Vini rectificati, ſtent per aliquot dies in digeſtione, donec inde evadat Liquor admodum tinctus.* Qui Ventriculo non tantùm, ſed & Cordi atque Capiti proficuus; Cachecticis ut & Senibus, caloreque vitali multum orbatis conveniens. Doſis à gutt. xv. ad xxv. cum Vino vel Aquâ aliquâ deſtillatâ ſtomachicâ.

℞. *Herb. Abſynth.*
*Myrrh. elect. ana* ʒij.
*Aloës ſuccotr.*
*Rhabarb. opt. ana* ℈iiij.
*Croc. orient. ver.*
*Semin. Aneth. ana* ʒj.
*Radic. Zedoar.* ʒß.
*Liquor. Terræ foliat. tartari* ℥ß.
*Spiritus Ceraſ. nigr. q. ſ.*

*Incidenda atque contundenda incide & contunde, hinc Liquores adde, atq; ſuper ſpecies affuſos in Vitro benè clauſo relinque, & ſic habebitur Elixir ſtomachicum excellens carminativum atq; Alvum apertam ſervans.*

℞. *Maſtich. ſelect.* ℥iij.
*Macis* ℥iß.

*Caryo-*

*Caryophyll. arom.*
*Galang.*
*Cortic. Aurant.*
*Citr. rec.*
*Cardam. min.*
*Piper. alb. ana* ℥ß.

*Inciſis & contuſis affunde Vini Hiſpanici optimi* ℔iij. *Digerantur per aliquot dies in Vitro clauſo, ſuper leniſſimum calorem, ac poſtea deſtilletur Aqua ſtomachica Blancardi, Fami caninæ, Ructibus, Nauſeæ, Vomitui, & Flatulentiis diſſipandis conveniens. Doſis à* ʒij. *ad* ʒvj.

℞. *Herb. Card. ben.* ʒj.
*Radic. Calam. arom.*
*Cortic. Aurant. ana* ʒij.
*Ocul.* 69. *ppt.* ʒiß.

*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſis à* ʒß. *ad* ʒj. *cum Juſculo mane ac veſper.*

℞. *Pulv. ſtomach. Birckman.* ʒiiß.
*Sem. Coriandr. ppt.*
*Fœnic.*
*Specif. ſtomach. Poter. ana* ʒij.
*Ol. Nuciſt. expr. gr.* xv.
*deſt. Aniſ. gutt.* ij.
*Sacch. perlat.* ʒvj.

*M. f. Pulv. carminat. d. ad ſcat. Doſis à* ℈ij. *ad* ℈iiij.

℞. *Trag. ſtomach. ſimpl.* ℥ij.
*Pulv. ſtomach. Birckm.* ℥j.
*Spec. diambr.* ℈ij.
*Ol. Nuc. moſch. expr.* ℈ß.

*M. f. Pulv. detur. ad Scat. Doſis à* ʒj. *ad* ij.

Vel ℞. *Trag. ſtomach. ſubt.* ℥ij.
*Radic. Aron.*
*Ocul.* 69. *ppt. ana* ℈iiij.

*Specif. ſtomach. Poter.* ʒiß.
*Diaphor. martial.* ʒj.
*Ol. Nuciſt. expr.* ℈ß.
*Conf. Man. Chr. ſimpl.* ℥iß.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſis à* ʒj. *ad* ʒij.

Vel ℞. *Spec. aromat. roſat.* ʒiß.
*diambr.* ℈ij.
*diamoſch. dulc.* ℈j.
*Cortic. Citr. condit.*
*Zingiberis condit. ana* ʒiij.
*Confect. Alkerm.* ʒij.
*Sacch. alb. in Aq. Roſar.*
*& Cinam. ſolut.* ℥viij.

*M. f. Confectio in Rotulis aut Morſellis, irrorandis Ol. Nuciſt. deſtill. gutt.* v.

Horum *Morſellorum* unum vel alterum ſubinde labendum offerre licet.

℞. *Amygd. dulc. rec. excort. &*
*cum Aqu. Cinam. contuſ.* ℥j.
*Spec. Imperat.* ℥ß.
*Nuc. indic. condit.*
*Cortic. Citr. condit.*
*Conſerv. Bugloſſ. ana* ʒij.
*Confect. Alkerm.* ʒij.
*Sacch. alb. Aqu. Roſ. ſolut.* ℔ß.
*M. f. Confectio in Morſulis.*

Vel ℞. *Cortic. Citr. condit.*
*Nuc. Indic. condit.*
*Amygd. dulc. rec. excort.*
*Piſtach. rec. excort.*
*Conſerv. Violar. ana* ʒiij.
*Cinam. acut.* ℥ß.
*Nuc. moſchat.* ʒj.
*Macis.*

*Galang.*

Galang.
Zingib. ana ʒß.
Confect. Alkerm. compl. ʒjj
Sacch. alb. Aqu. Roſar. &
Cinam. ſolut. ℔ij.

M. f. Confectio in Morſulis ſtomachicis cum Acidularum potu, vel alias etiam uſurpandis.

Vel ℞. Amygd. dulc. rec. excort.
Pinear. rec. ana ʒvj.
Cinam. opt. ʒij.
Caryophyll. arom. ʒj.
Macis.
Nuc. moſchat. ana ʒß.
Cortic. Citr. rec. ʒij.
Conſerv. Roſ. rubr. ℥ß.
Sacch. opt. Aqu. Roſar. &
Cinam. ſolut. ℔j.

M. F. Confectio ſ. a. in Morſulis. Sr. Sauerbrunnen Täffelein.

℞. Semin. Cumin. Fœnic. ana Mj.
Baccar. Junip. Mij.
Herb. Menth. Miij.
Meliſſ. Mvj.
Abrot.
Abſynth.
Matricar.
Puleg. ana Mj.

Inciſa & contuſa miſce & inde Sacculis duobus, ſive ſiccè, ſive Vino calenti immerſis, & applicandis Regioni Stomachi frequenter.

℞. Ol. Nuciſt. expr.
Aneth. ana ʒij.
deſtill. Menth.
Puleg. ana gtt. viij.

 M. ad

*M. ad Fict. Hinc Ventriculi regioni* bis quotidie illinatur.

Vel ℞. *Ungt. pomat.* ℥ß.
*Nucis moſch. expr.* ʒij.
*Ol. Maſtich.*
*Rut. ana* ʒj.
*deſtill. Chamom.*
*Macis.*
*Nuc. moſch. ana gtt.* vj.

*M. ad Oll. pro Balſamo ſtomachico.*

Vel ℞. *Ungt. pomat.* ℥ß.
*Olei Nuciſt. expr.* ʒj.
*deſtill. Angelic.*
*Carv.*
*Roriſmar. ana gtt.* iiij.
*Cinam. gtt.* j.
*Balſam. Peruv.* ʒj.

*M. ad Oll.* Uſus ut ſupra.

Vel ℞. *Ungt. roſac.* ʒiij.
*Balſam. Peruv.* ʒj.
*Ol. Nuciſt. expr.* ℈ij.
*Aneth.*
*Chamom.*
*Abſynth. ana* ʒj.
*deſtill. Anij.* ℈j.

*M. ad Oll.*

Vel ℞. *Balſ. Peruv. opt.* ʒij.
*Spirit. Anth. vel*
*Ceraſ. nigr. q. ſ.*

*Miſce probè, eoque Ventriculi Regionem inunge.*

Vel ℞. *Flor. Roſar. rubr.* ℈ij.
*Maſtich.* ʒiß.
*Spec. diagalang.*
*diatrion. piper.*
*Fol. Meliſſ.*

*Menth.*

*Menth.*
*Abſynth. ana* ℨß.
*Spic. Indic.* ℨj.
*Nuc. moſchat.* ℨij.
*Colophon.* ℨiiß.
*Ol. Maſtich. vel Aneth. vel*
*Menth. vel Abſynth.* ℨij.
*Ceræ ac Terebinth. q. ſ.*

*M. F. l. a. Emplaſtrum ſuper Alutam extendendum ac Ventriculo applicandum.*

Vel ℞. *Empl. de Bacc. Laur.* ℥j.
*Gumm. Tacamah.* ℥ß.
*Ol. Nuciſt. expr.* ℨij.
*deſt. Fœnic.* ℈j.
*Balſam. Peruv.* ℨj.

*M. f. l. a. Empl. Alutæ in formâ ſcuti ſtomachici inducendum, ac poſt irrorationem cum aliquot guttulis Olei deſtill. Lign. Rhod. ac* Macis *Ventriculo imponendum.*

§. 6. Quòd ſi verò ipſum Ventriculi menſtruum ſive fermentum, ad probam digeſtionem Ciborum adeo neceſſarium, vel deficiat, vel ob particularum ejus nimiam craſſitiem, fixitatem, aut etiam lentorem iners planè ſit, tum è *Stomachicorum* Tabulâ ea veniunt eligenda, quæ ſalinis incidentibus & volatiliſantibus conſtant particulis, vel ſaltem ſalino-volatiles, in ipſo fermento inerti abſconditas, recludentibus ac reſuſcitantibus; Quemadmodum ſunt omnia ea, quæ ſale volatili plus minus ſuperbiunt, v. gr. *Plantæ antiſcorbuticæ omnes, Spiritus* atque *Salia volatilia, Flores Salis armoniac. Salia Plantarum lixivioſa, eſſentialia,* atque etiam *aromatica* & *amara* ſuperiùs jam dicta. *Fermentum ſive Menſtruum Ventriculi corrigentia.*

§. 7. Quando autem fermentum non ſemper uno modo peccat, ſed nunc magis bilioſum, nunc *Non uno illud modo peccat.*

(N) 3 magis

magis acidum, nunc magis nidoroſum chylum ex aſſumtis producit, maximopere ad Ructuum in Ægro qualitates eſt attendendum, & pro earum diverſitate diverſimodè etiam de fermenti Dyſcraſiâ, juxta Inſtitutionum medicarum præcepta, judicandum venit. Itaque ad bilioſum nimis menſtruum corrigendum ſeligenda veniunt *ſalino-amara* atque terrea; ad nidoroſum *ſalino-volatilia aromatica* ac *terrea*, imò & *acidula* in hocce caſu minimè nocent; ad acidum denique temperandum & invertendum requiruntur *ſalino-terrea alcalina*, magis minusque *volatilia*, qualium formulas plures in ſuperioribus reperire licet.

# CAPUT XXV.

## *De Remediis Carminativis.*

### §. 1.

*Deſcriptio.* *CArminativa* Remedia appellantur, quæ flatus ſive in primâ regione, ſive in aliis corporis partibus, natos diſcutiunt & diſpellunt. Quum autem *flatus* nil aliud ſint, quàm viſcidorum humorum, cum particulis aëreis mixtorum, per intervenientem aliquam fermentationem peregrinam evaporatio, & in bullulas elevatio, (planè ſicut videmus Aquam, in quâ ſapo ſolutus eſt, inſufflatione aëris in bullas evehi;) manifeſtum ſatis eſſe credimus, *Carminativa* ſive *Flatus Diſcutientia* Remedia talibus particulis conſtare debere, quibus flatuoſum ejuſmodi ſerum in corpore incidi poſſit, aërique ſic liber exitus aut tranſitus concedi. Sed enim non ſufficit, ut bullulæ iſtæ ſeri viſcidi flatuoſi hac ratione à particulis carminativis diſrumpantur,

*Quibus conſtent particulis carminativa.*

pantur, quin ſimul pori corporis, aut majores etiam meatus pervii ſatis eſſe debent, ad aëreas tales & flatuoſas particulas emittendas. Ita ſicubi flatus in Inteſtinis obhærent, à ſero viſcido & copiâ aëris oriundi, *carminativa Remedia* bullas iſtas ſuis particulis equidem diſrumpunt, verùm niſi aër, ita in libertatem vindicatus, majorem inveniat per inteſtina exitum, facilè novos flatus excitare, novaque ſymptomata moleſta producere valebit.

§. 2. Itaque ea Remedia omnia *carminativa* appellamus, quæ particulas obtinent ſubtiles, admodum mobiles aut ſalino ſulphureas acriuſculas, ut & terreſtres alcalinas, abſorbentes ac præcipitantes; quibus addimus etiam Anodyna, nervulos irritatos blandè demulcentia; ſive dein internè hæc exhibeantur, ſive externè applicentur. Externa enim ſæpè plus præſtare obſervamus, apertione pororum & transmiſſione particularum ſubtilium, quàm verò interna; ſaltem externa quandoque ſola juvant abſque internis, raró autem ſine externis interna. *Quæ ſint carminativa.*

§. 3. *Materiam* ergo Carminativorum componunt ea omnia, quæ ſale volatili oleoſo pollent, eoque plus minus evidenti: quemadmodum præter *Aromata* omnia laudantur *Radices Mutellinæ vel Meu, Leviſtici, Fœniculi, Petaſitidis, Angelicæ, Valerianæ, Imperatoriæ, Zedoariæ, Calami aromatici, Cyperi, Galangæ, Herbæ, Meliſſæ, Serpilli, Pulegii, Origani, Thymi, Ocymi, Salviæ, Majoranæ, Roriſmarini, Centaur.min. Flores Chamomill. Menthæ, Calaminthæ, Matricariæ, Tanaceti odorati, Abſynthii, Abrotani, Anethi, Folia & Baccæ Lauri, Juniperi, Solani, Quadrifolii, Semina Naſturtii, Anethi, Carvi, Cumini, Fœniculi, Aniſi,* inprimis *ſtellati, Coriandri, Cortices Aurantiorum & Citri, Olea deſtill. Aromatum,* ut & *Materia talium Remediorum.*

*Seminum* modò dictorum; *Spiritus & Salia volatilia oleoſa, Eſſentiæ Corticum Citri aut Aurantiorum*; *Carminativa Wedel. Aqua carminativa Dorncrelii, Aqua phyſogona,* vel *deſtillata Plantarum* dictarum, *Spiritus carminativus Travitii, Spiritus Salis arm. urinoſus aniſatus, fœnic.* cumque hoc parata *Tinctura Caſtorei*, vel *Opii liquida*; *Spiritus Nitri*, aut *Salis dulcis, Arcanum Tartari, Nitrum antim. Salia lixiva Plantarum, Tinctura Tartari, Arcanum duplicatum Mynſichti, Elixiria propriet.* vel *Meliſſæ, Menthæ, Florum & Corticum Aurantiorum, Apii ſelini, Naſturtii.* Quibus addimus *Pulveres alcalinos terreos & abſorbentes, Salia acida* inviſcantia & flatulenta obtundentes. Denique non omittenda ſunt *Purgantia*, materiam flatibus generandis aptam è primis viis probè educentia & expellentia, utpote quorum ope interdum Homines quàm ocyſſimè à flatuum incommodis liberantur, atque immunes manent, modò poſtea per aliquod tempus Remediis ſtomachicis digeſtionem Ventriculi roborántibus utantur.

§. 4. Formulæ autem *Carminativorum* tam *internæ* quàm *externæ* poſſunt eſſe ſequentes:

℞. *Aq. Chamom.*
*Aniſ.*
*Aneth. ana* ℥j.
*Syr. Cortic. Aurant.* ℥ß.
*Spir. Nitri dulc.* ʒj.
*M. ad Vitr. ſumatur cochleatim.*

Vel ℞. *Aq. Menth.* ℥j.
*Meliſſ.*
*Card. bened. ana* ℥ij.
*Syr. Pœon.* ʒvj.
*Eſſent. Cort. Aurant.* ℥ß.
*Tinctur. Caſtor. cum Spir. ſal. arm. par.* ℈j.
*Elæoſach.*

*Elæoſach. Citr.* ʒij.

*M. ad Vitr. ac tribus hauſtibus capiatur.*

Vel ℞. *Tinctur. Tartar.*

*Spirit. Salis dulc. ana* ʒiß.

*Tinct. Opii liquid. cum Spir. ſal. arm. par.* ʒß.

*M. ad Vitr. Doſis m. ac v.* xx. *gtt.*

Vel ℞. *Arcan. duplicat. Mynſ.*

*Nitri antimon.*

*Antimonii diaphor.*

*Conch. ppt. ana* ʒj.

*Elæoſacch. Aniſ.* ʒij.

*M. F. Pulv. ſubt. cujus doſis* ℈ij. *m. ac v.*

Vel ℞. *Aq. Fœnic. fl. Aurant. ana* ℥j.

*Chereſol.* ℥iiß.

*Syrup. Card. bened.* ʒvj.

*Spiritus Sal. arm. aniſat.* ℈ij.

*Eſſent. Opii liquid.* ℈ß.

*Ocul.* 69. *pp.*

*Salis Abſynth. ana* ʒß.

*M. ad Vitr. pro* ij. *doſibus.*

Vel ℞. *Spec. aromat. roſat.*

*Imperator. ana* ʒij.

*diagalang.*

*diaxyloaloës, ana* ʒj.

*Diaphoret. martial.*

*Corall. rubr. ppt.*

*Antimonii diaphoret. ana* ʒij.

*Arcan. Tartar. vel*

*duplicat Mynſ.* ʒj.

*Ol. ſtillat. Aniſ.* ℈ß.

*Sacch. albiſſ.* ℥iiij.

*M. F. Trag. ſubt. cujus doſis ad* ʒij. *extendi poteſt.*

Vel ℞. *Eſſent. cortic. Aurant.* ʒiß.

*Galang.*

*Cinam.*
*Zedoar. ana* ʒj.
*M. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xx. *gtt.*
Vel ℞. *Ol. deſtill. Cumin.*
*Aniſ.*
*Fœnic. ana* ʒß.
*M. ad Vitr. Doſis* viij. *ad* xij. *guttæ, cum Juſculo.*
Vel ℞. *Ol. deſtill. Macis* ℈j.
*Carv.* ℈iß.
*Caryophyllar.* ℈ß.
*Cinam. gtt.* iv.
*M. ad Vitr. doſis* vj. *vel* viij. *gutt. in Juſculo.*
Vel ℞. *Ol. ſtill. Carv.* ʒj.
*Menth.*
*Lavend. ana* ℈ß.
*M. ad Vitr. Doſis gtt.* viij. *vel* x.
Vel ℞. *Elæoſacch. Aniſ.*
*Citr.*
*Aurant. ana* ℥ß.
*Corall. rubr. ppt.* ʒiij.
*Diaphoret. mart.*
*Arcan. duplic. Mynſ. ana* ʒj.
*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſ.* ʒj. *ad* ij.
Vel ℞. *Confect. Semin. Aniſ.*
*Fœnicul. ana* ℥ß.
*Coriandr.* ʒij.
*Caryophyllor. aromat.*
*Zinziber.*
*Piper. long.*
*Semin. Naſturt. ana* ʒj.
*M. ad ſcat. pro Trag. groſſâ poſt paſtum ſumendâ doſi* ʒij.
Vel ℞. *Spiritus Theriacal. camph.*
*Salis arm. aniſat. ana* ʒj.

*M. ad*

*M. ad Vitr. Doſis* xii. *ad* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Eſſent. carmin. Wedel.* ℥ß.

*D. ad V. Doſis gutt.* xx. *ad* xxx.

Vel ℞. *Elix. Menth. aut*

*Meliſſ.* ℥vj.

*D. ad V. Doſis m. ac veſp. cochleare plenum.*

Vel ℞. *Elix. vitæ Matth.* ℥ij.

*D. ad V. Doſis cochleare plenum bis vel pluries quotidie.*

Vel ℞. *Spir. Aniſ.* ℥iß.

*Aqu. Meliſſ.* ℥ij.

*Sacch. penid.* ℥ß.

*Miſc. d. ad Vitr. Doſis cochleare plenum quotidie ſemel aut bis.*

Vel ℞. *Spiritus Salis arm. fœniculat.* ʒiß.

*Eſſent. Caryophyll.*

*Cinam. ana* ℈j.

*M. ad Vitr. Doſis* x. *ad* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Spiritus Anth.* ʒij.

*ther. camphorat.*

*Menth. eſſentiſ.*

*Cochlear.*

*Cortic. Aurant. ana* ʒj.

*M. ad Vitr. Doſis* xij. *ad* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Aq. carminat. Dorncrel.*

*Fumar.*

*Cherefol. ana* ℥j.

*Syr. de ſtæchad.* ʒvj.

*Diaphor. jovial.*

*Ocul.* 69. *ppt. ana* ℈j.

*Ol. Nuciſt. expr. gr.* vj.

*deſtill. Caryophyll. gtt.* iiij.

*Sacch. cand. alb.* ʒij.

*M. ad Vitr. Doſis ſubinde cochleare plenum.*

Vel ℞. *Electuar. diaſcord. Fracaſt.* ʒiij.

*de Bacc.*

*de Bacc. Laur.* ʒiß.
*Sec. diacymin.* ʒj.
*Syr. Cortic. Aurant. q.ſ.*

*M. F. Elect. d. ad Oll. doſis ſubinde Nuciſtæ magnitudo.*

Vel ℞. *Radic. Angelic.*
*Imperator.*
*Zedoar.*
*Galang.*
*Petaſitid. ana* ʒij.
*Fol. & Herb. Menth.*
*Meliſſ.*
*Aneth. ana* Mij.
*Flor. Calendul.*
*Chamom.*
*Melilot. ana* Mj.
*Semin. Aneth.*
*Fœnic.*
*Baccar. Junip. ana* Mß.

*Inciſa & contuſa inſuantur Sacculis ſiccè & calidè applicandis.*

Vel ℞. *Radic. Cyper.*
*Calam. aromat. ana* ℥ß.
*Valerian.* ʒij.
*Fol. Calaminth.*
*Matricar.*
*Origan.*
*Summit. Thym.*
*Lavendul. ana* Mj.
*Baccar. Laur.* Mß.
*Semin. Cumin.*
*Aniſ.*
*Carv. ana* ʒij.

*Inciſa & contuſa inſuantur Sacculo interpaſſato, calidè & ſiccè applicando.*

Vel

Vel ℞. *Semin. Cicer.*
*Lent. ana* Mij.
*Aven.* Mj.
*Carv.*
*Cumin. ana* Mß.
*Bacc. Laur.* ℥j.
*Junip.* ℥ij.
*Inciſa & contuſa d. ad Sacculum calidè applicandum, conſperſum Spiritu Vini camphorato.*

Vel ℞. *Salis commum. toſt.* Mij.
*Inſuantur Sacculo interpaſſato, & calidè frequenter applicetur.*

Vel ℞. *Emplaſtri de Bacc. Laur.* ℥iß.
*Ran. Vigon. cum Mercur.* ℥j.
*M. F. Emplaſtr. calidè applicandum.*

Vel ℞. *Emplaſtr. Norimberg. Gruber.* ℥ij.
*Extende ſuper alutam & conſperſum* Oleo *quodam deſtillato carminativo applica.*

Vel ℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
*Ol. Bacc. Junip.*
*Laur. ana* ʒiß.
*deſtill. Chamom.*
*Menth. ana* ℈j.
*M. F. Ungtum d. ad Oll.*

Vel ℞. *Ol. Nuciſt. expr.*
*Axung. human.*
*Canis.*
*Capon.*
*Anſerin. ana* ʒj.
*Ol. deſtill. Bacc. Junip.*
*Aneth.*
*Fœnic. ana* ℈ß.
*Carvi.*
*Caryophyll. ana gtt.* vj.
*Spirit. Vini camphorat.* ʒj.
*M. ad Oll.*

Vel

Vel ℞. *Ol. Laur.*
*Later.*
*Cer.*
*Chamon. ana* ℥j.
*deſtill. Bacc. Junip.*
*Chamom.*
*Menth. ana gutt.* viij.
*M. ad Vitr. M. ac V. inde fiat inunctio.*

Vel ℞. *Axung. cerv.*
*Urſin. ana* ℥ß.
*Medull. Oſſ. bubul.* ʒij.
*Ol. deſtill. Macis.*
*Rutæ.*
*Majoran.*
*Chamom.*
*Aneth.*
*Aniſ. ana gtt.* vj.
*M. ad Oll. pro Ungto.*

---

## CAPUT XXVI.

### *De Remediis Hepaticis.*

§. 1.

*Veterum circa hepatica remedia opinio.*

IN Veteri Medicinâ nihil magis decantatum fuit, quàm Hominem calidâ, frigidâve Hepatis Intemperie laborare, atque hinc etiam maximè fuerunt ſoliciti eo tempore Medici de inveniendis Remediis *Hepaticis*, nunc *calefacientibus*, nunc *refrigerantibus.* Hodierna Medicina, quæ intemperies ejuſmodi, ceu figmenta Antiquitatis ſpecioſa, dudum exauctoravit, facilè quoque repudiare poſſet *Hepaticorum* Remediorum Tabulam, à Veteribus exhibitam. Sed cùm Hepar nihilominus corporis Viſcus ſit, ex arteriis, venis, vaſis lymphaticis, ductibus

ductibus cholidochis, glandulisque innumeris à naturâ fabricatum, hincque variis etiam Morbis obnoxium, non abs re fore credidimus, aliquam etiam talium Remediorum tabulam tradere, conſtantem ex talibus, quæ partim obſtructioni ductuum hepaticorum reſerandæ, partim Bilis, in hoc Viſcere genitæ, dyſcraſiis emendandis conveniunt.

§. 2. Neque tamen putandum eſt, Remedia *Hepatica* nova prorſus ita exiſtere, quin ex *Aperientium* aliorumque Claſſe eadem in ſpecialem hunc uſum trahi atque ſeligi nequeant. Quod enim primò attinet Obſtructionem glandularum atque ductuum hepaticorum, expediunt & ſolvunt eandem, quæcunque intus viſcidam pituitam aut mucaginoſam Bilem attenuare, & volatiliſare apta ſunt; velut exiſtunt *Radices quinque aperientes*, nec non *Helenii, Pimpinellæ, Filicis, Ariſtolochiæ, Vincetoxici, Carlinæ, Raphani ruſticani*; *Herbæ Cuſcutæ, Capillorum Vener. Aſplenii, Anſerin. Agrimon. Trifolii fibrini, Eupatorii, Rutæ murariæ, Ceterach, Agrimoniæ, Cardui benedicti, Abſynthii, Centaurii minoris, Abrotani.* Quibus adde Plantas omnes *naſturcinas*, ſale volatili turgidas, *Flores Calendulæ, Geniſtæ, Croci, Baccæ Lauri, Juniperi, Semina Thlaſpios, Heſperidis, Dauci, Naſturtii, Cochleariæ, Spiritus Cochleariæ, Salis armon. Tincturas Antimon. Corallorum, Eſſentiam Trifolii fibrini*, in *Theatr.* noſtro *Bot.* deſcriptam, *Tincturam* vel *Eſſentiam Cochleariæ* eodem modo parandam. Huc pertinent & reliqua *amara* ſive *ſimplicia*, ſive *compoſita* Remedia, paulo inferius indigitantia. Atque hæc omnia Cachexiæ, Hydropi, & Ictero, quos Affectus Hepatis Obſtructioni plures hucusque Medici adſcripſerunt, ſummopere medentur. Maximè verò notandum eſt, quòd præter *amara* illa ſubinde etiam *alcalina terrea*, & inter

*Remedia hepatica non multum ab aliis diſtincta.*

inter ea præprimis *metallica martialia*, acidum coagulans & obſtruens abſorbendo & deſtruendo, minimè ſint contemnenda aut negligenda. Hinc *Tinctura Martis aperitiva, Spiritus vitrioli Martis, Crocus Martis aperitivus, Chalybs cum Sulphure præparatus, Diaphoreticum martiale, Specificum Stomachicum Poterii*, egregia *hepatica* dudum extiterunt; *aromaticis* jugiter permiſcenda, ne appetitum ciborum dejiciant, quod aliàs in continuato eorum uſu evenire ſolet. Sequens verò *Tinctura Martis* ceu veriſſima & maximè genuina multiplici experientiâ à nobis in uſum vocata eſt, & felici cum ſucceſſu in Obſtructionibus atque ſcirrhoſo Tumore Hepatis exhibita.

℞. *Limat. Martis* ℥j.
*Salis Tartari* ʒj.

*Miſc. & cum affuſâ Aquâ fontanâ, vel Aquâ deſtillatâ aliquâ*, v. gr. *Agrimon. Cochlear. Apii ſelin. Naſturt. Cichor. Scabioſ. Aronis, Chelidon. maj. Gramin. Plantag. aquat.* vel *Taraxaconis* in vitreo aut etiam ferreo vaſe parum ſuper lenem ignem coque, donec *Liquor* fuſcam aut nigram planè Tincturam adquiſiverit, quem poſtea debito modo filtratum & *Aquæ Cinamomi* octavâ circiter parte acuatum, in vitris probè clauſis ad futurum uſum aſſervamus. Doſis hujus Tincturæ eſt à gtt. XX. ad XL.

*Bilem viſcidam corrigentia Remedia.*

§. 3. Si Bilem reſpiciamus in Hepate ſecerni ſolitam, ſubinde & ea peccat, Remediisque corrigentibus opus habet: modò enim eſt nimis viſcida, torpida, iners & craſſa, quas qualitates præternaturales non niſi ab acido auſtero acquirit, quoniam ſulphurea & oleoſa omnia ab admixtis acidis in coagulum abire, dudum Chymicorum monſtravit experientia. Ut adeo ſufficienter pateat, ea ad emendationem hujus Bilis medicamenta

ta eſſe neceſſaria, quæ alcalinis reſolventibus conſtant particulis, iiſque ſalino-balſamicis, plus minus volatilibus, ut & abſorbentibus & invertentibus fixis aut terreis. Quemadmodum ſunt Remedia ſupra dicta omnia, quibus tamen adhuc addere licet *Salia Plantarum lixivioſa*, inprimis *Cichorei, Cardui benedicti, Taraxaci, Abſynthii, Centaurii minoris*, nec non *Sal Tartari, Arcanum duplicatum Mynſ. Liquorem Terræ foliat. Tartari, Flores Salis armon. hæmatitinos, Eſſentiam Trifolii fibrini cum Spiritu proprio, per multiplicem* è ſucco ſemper Plantæ novo depuratoque *abſtractionem, facto extractam, Eſſentiam* item *Cochleariæ, Petaſitidis*, aut *Piperitidis* ſimili modo paratam; *Eſſentiam Abſynthii compoſitam, Elixir proprietatis ſine acido, Elixir proprietatis cum Rhabarbaro, Pulverem ſtomachicum Quercetani, Spiritum Vitrioli coagulatum.*

§. 4. Quòd ſi tamen Bilis *fluiditate* magis & *copiâ*, non ſine *acrimoniâ* peccet, proderunt ea Remedia, quæ ſalino volatiles & acres ejus particulas diluunt; vel quæ ſimul illiuſdem aliquam portionem è corpore per alvum eliminant; ac tandem, quæ eandem nimis ebullientem refrænant, & nonnihil condenſant, acidiuſcula, aut etiam terrea abſorbentia. Quorum in Remediorum cenſum veniunt *Aquæ deſtillatæ Cichorei, Scolopendriæ, Taraxaci, Lactucæ, Portulacæ, Hepaticæ nobilis, Fragorum, Agrimoniæ, Hepaticæ Dorncrellii, Chelidoniæ majoris* vel *minoris, Naſturtii, Plantaginis, Endiviæ*, &c. quæ quotidie ſemel aut bis doſi *unciar.* ℥vj. hauriri poſſunt. Omnium verò optimum in hoc caſu pharmacum præbent *Acidulæ* qualeſcunque, inprimis *Deinacenſes* Würtemb. *Egranæ* Bohemiæ, *Spadanæ*, vel *Marco-Sualbacenſes*, pluresve aliæ. Sed & *Rhabarbarum, Aloë, Curcumæ radix, Syrupus de*

*Bilem copioſam acrem & fluidam emendantia.*

*Cichorio cum Rhabarbaro, Extractum Rhabarbari, Maſſa Pilular. rhabarbarinarum Quercetani. Pilulæ Francofurtenſes,* heic multum conferunt ad diluendam copiam Bilis. *Pulvis* etiam *Hepaticus ruber Dreſdenſis, Cryſtallus mineralis, Oculi* ♋. *Conchæ pptæ, Cinnabaris nativa* vel *Antimonii correcta,* magnam quoque vim ad corrigendam bilem effrænem, non ſecus atque *Salia Plantarum eſſentialia* habent.

*Tonum fibrarum hepaticarum debilem roborantia.*

§. 5. Tandem etiam ad fibrarum & villorum nerveorum in Hepate exiſtentium tonum eſt attendendum, ac Medico admodum vigilandum, ut illorum robur & naturalis firmitas, ad ſecretionem humorum naturalem valdè neceſſaria, probè conſervetur, quod quidem faciunt, quæ leniter admodum adſtringunt, vel ſimul abſorbent, ac ſuperfluum ſerum ſpiſſeſcens reſolvunt, ſuæque circulationi reſtituunt, videlicet *terrea abſorbentia* jam aliquoties indigitata, item *Santala* omnia, *Species diatrion ſantalorum, diarrhodon Abbatis, martialia* omnia, *Crocus, Pulvis cachecticus Quercetani*, & id genus.

§. 6. Quod Formulas attinet talium Medicaminum, eas primò notabimus, quibus Bilis nimium efferveſcens maximè volatilis, propter ſalia acriuſcula acida, convulſivos motus facilè excitans, emendatur, atque ad naturalem magis temperiem reducitur: v. gr.

℞. *Tinctur. Veneris alcalin. Helvet.* ℥iiß.
*D. ad Vitr. Doſis à gtt.* x. *ad* xv.

Hujus verò remedii deſcriptio ſequens eſt:

℞. *Salis armon. pur.* ℥viiij.
*Vitrioli Veneris.* ℥iß.

*Pulveriſata, ac probè invicem mixta deſtillentur per Retortam ex arenâ, aut è Capite mortuo, affuſo Spirit. Vini extrahatur Tinctura virideſcens, &*

*cùm*

*cùm filtratur, filtro injiciatur nonnihil Calcis vivæ, atque ſic defluet Tinctura ſapphirina elegantiſſima,* Cujus vires non contemnendæ ſunt in Paſſione hypochondriacâ, Millioſis ſanguinis & Spirituum turgeſcentiis, Epilepſiâ bilioſâ, atque Iſchuriâ.

Vel ℞. *Spiritus Nitri dulcif.* ℥ij.

*D. ad Vitr. Doſis gtt.* xij. *ad* xviij. *cum Aquâ convenienti.*

Vel ℞. *Liquoris Terræ foliat. Tart.* ℥iij.

*D. ad Vitr. Doſis gtt.* xx. *ad* xxx.

Vel ℞. *Salis eſſential. Card. bened.*
*Acetoſell. ana* ʒj.

*M. ad Chart. in* vj. *doſ. m. ac. v. exhibendas.*

Vel ℞. *Salis eſſential. Citr.*
*Acetoſ. vulgar.*
*Vitrioli Martis.*
*Cremoris Tartari ana* ʒß.

*M. F Pulv. in* vj. *doſ. æq. ad chart. cum Juſculo aut Aquâ convenienti deſtillatâ ſumendas.*

Vel ℞. *Vitrioli Martis.*
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Corall. rubr. ppt.*
*C. C. uſt. ppt. ana* ℈j.
*Lapid. prunell.* ℈ß.

*M. F. Pulv. in* 4. *doſ. æq. ad chart.*

Vel ℞. *Diaphor. martial.*
*C. C. uſt.*
*Unicorn. foſſil.*
*Raſur. Ebor.*
*Bol. armen. ppt.*
*Terræ ſigillat. ana* ʒß.

*M. F. Pulv. in* vj. *doſ. æq. cum Aquâ Acetoſæ aut Plantaginis ſumendas.*

Vel ℞. *Croc. Mart. aperitiv.* ℈ij.
*Ocul.* 69. *ppt.*

*Conch. ppt. ana ʒß.*
*Pulv. fol. Card. bened. ʒj.*
*M. F. Pulv. ſubt. dividend. in* viij. *doſ. æq. cum Juſculo ſumendas.*

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
*Chelidon. maj.*
*Lactuc. ana* ℥iij.
*Syr. acetoſit. Citr.*
*Rub. idæi. ana* ℥iß.
*Spirit. Sulph. gutt.* iij.
*M. F. Julepus pro aliquot doſibus.*

Vel ℞. *Aq. Acetoſ.*
*Burſ. paſtor.*
*Endiv.*
*Cichor. ana* ℥ij.
*Syr. de Agreſt.*
*Acetoſell.*
*Rub. idæi ana* ℥j.
*M. F. Julepus pro* iij. *vel* iiij. *doſibus.*

Vel ℞. *Flor. Roſar. rubr.* Mj. *vel* iß.
*Affunde Aquæ fontanæ bullientis.* Mj. *vel* ij. *ac ſimul permiſce Succum Pomi Citri unius, Sacchari albi* ℔ß. *ſtent ita, donec Tinctura rubicundiſſima ſit extracta, quæ dein colata aut filtrata per repetitos ſubinde hauſtus aſſumi poteſt.* Quod ſi neutiquam acida hæc *Tinctura Roſarum* exiſtat, tum adhuc guttulæ aliquot *Spiritus Nitri* aut *Vitrioli* permiſceri poterunt, donec lenem & gratam aciditatem acquiſiverit.

℞. *Radic. Caryophyllat.*
*Cichor.*
*Gramin. ana* ʒiij.
*Herb. Agrimon.*
*Hepatic. nobil.*
*Scolopendr.*

*Card.*

*Card. bened. ana* Mß.
*Summit. Abſynth.*
*Flor. Roſar. rubr.*
*Papav. rhead. ana* pj.
*Semin. Citri, Lactuc ana* ʒj.
*Cremor. Tart.* ℈iiß.

*Inciſ. & contuſ. coq. in* Miß. *Aqu. fontan. ad quartæ partis conſumtionem, coletur poſtmodum, &* ℥vj. *quotidie hauriantur, pro temperando æſtu Bilis.*

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
*Endiv. ana* ℥ß.
*Gentian.* ʒj.
*Herb. Chelidon. maj.*
*Plantag.*
*Agrimon.*
*Summit. Marrub. alb. ana* Mß.
*Flor. Roſar. rubr.* pj.
*Sem. Lactuc.* ʒij.
*Fœnic.* ʒj.
*Rhabarb. optim.* ℥ß.
*Salis Tart.* ℈ij.

*Inciſis & contuſis affunde Vini albi boni defœcati & Aquæ fontanæ ana* $\frac{3}{4}$ *Menſuræ. De hoc Infuſo quotidie ſemel aut bis* ℥iiij. *aut* ℥vj. *hauriri poterunt.*

§. 7. Si Bilis abundat, *Evacuantia lenia* haud nocebunt; quem in finem uſuales ſunt vel *Pilulæ Francofurtenſes* x. xii. *ad* xv. pro doſi ante cœnam ſumptæ, vel *Pilulæ Emanuelis* doſi ℈j. vel *Maſſa Pilular. tartar. Quercetani ad gr.* xv. pro doſi in *Pilulas* redacta, vel etiam *Decoctum Tamarindorum Rhabarbaro* ſuperinfuſum, & hinc poſt unam vel alteram ebullitionem hauſtum. *Ad Bilis abundantiam.*

§. 8. Formulæ contra *Bilis viſciditatem* & *inertiam*, adeoque & adverſus Hepatis obſtructiones, in *Ad ejuſdem viſciditatem corrigendam.*

in Pituitoſis & Sanguineis erunt ſequentes, adverſus Cachexiam, Anaſarcam, Hydropem, Icterum, aut Chloroſin Mulierum non inuſitatæ.

℞. *Salis volat. oleoſ. Sylv.* ʒiij.
*D. ad Vitr. ſumantur* x. *ad* xij. *gtt. pro doſi.*

Vel ℞. *Spiritus Salis armon. urinoſi ſimpl.* ʒij.
*D. ad Vitr. ut ſupra.*

Vel ℞. *Mixtur. ſimplic.* ʒiiß.
*D. ad Vitr. Doſis eadem.*

Vel ℞. *Tinct. Martis aperitiv.*
*Elixir. propr. ſ. acid. ana* ʒiiß.
*M. ad Vitr. dentur.* xv. *ad* xx. *gtt. pro doſi.*

Vel ℞. *Elixir. propr. ſ. acid.*
*Eſſent. Abſynth. ana* ʒj.
*Zedoar.* ℈j.
*Croc.* ℈ß.
*M. ad Vitr. Doſis* xij. *ad* xviij. *gutt.*

Vel ℞. *Eſſent. flor. Calendul.*
*Trifol. fibrin. ana* ʒij.
*Croc.* ʒj.
*M. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xx. *gutt.*

Vel ℞. *Spirit. Cochlear.*
*Tinctur. Salis Tartari ana* ʒiß.
*M. ad Vitr. Doſis* x. ad xv. *gutt.*

Vel ℞. *Aqu. Naſturt.*
*Chelid. maj.*
*Cochlear. ana* ℥vj.
*Syr. aperitiv. Minderer.* ℥iij.
*M. ad Vitr. mane & veſperi ſumantur* ℥ij. *vel* iij. *pro doſi.*

℞. *Diaphor. martial.*
*C. C. pph. ppt.*
*Fœcul. Bryon.*
*Aron. ana* ʒj.
*Salis volat. Fulig.* ʒij.

*Olei*

*Olei deſtill. Aniſ. gutt.* iiij.
*Sacch. cand. alb.* ℥j.
*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſis* ʒß. *vel* ℈ij.
℞. *Semin. Naſturt.*
*Thlaſp. ana* ʒiß.
*Cochlear.*
*C. C. pph. ppt.*
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Specif. ſtomach. Poter. ana* ʒj.
*Sacch. cand. alb.* ℥ß.
*Ol. deſtill. Cinam. gutt.* j.
*M. f. Pulv. ſubt. Doſis* ℈j. *vel* ʒß.
℞. *Conchar. ppt.* ℥ß.
*Pulv. Card. bened.*
*Semin. Thlaſp. ana* ʒij.
*M. f. Pulv. ſubt. detur ad ſcat. Doſis* ʒß. *ter quotidie.*

NB. Fuit Arcanum Ruſtici cujuſdam in Hydrope, qui ſimul imponebat Abdomini *Roob Sambuci* vel *Juniperi* alutæ ſuperinductum.

§. 9. *Externè* quoque ſubinde remediis quibuſdam opus eſt, ad Hepatis ſive dolorem leniendum, ſive duritiem & ſcirrhoſitatem emolliendam atque diſcutiendam, v. gr. *Remedia externa.*

℞. *Emplaſtr. ſantalin.* ℥iß.
*diachalcit.* ℥ß.
*Ol. philoſophor.* ʒij.
*deſtill. Chamon. gutt.* xii.
*M. f. Empl. Alutæ ſuperinducendum.*
℞. *Emplaſtr. oxycroc.*
*de Bacc. Laur. ana* ℥j.
*Ol. roſac. q. ſ.*
*deſtill. Aneth.* ℈ß.
*M.* F. *Empl. detur ad chart.*
℞. *Empl. de Cicut* ℥j.

*ſantalin.*
*de Ran. Vigon. c. Mercur. ana* ℥ß.
*Ol. Semin. Hyoſc. expr.*
*Papav. expr.*
*Lin. ana q. ſ.*
*Bacc. deſtill. Junip. gutt.* xv. *ad* xx.
*M. F. Emplaſtrum.*
Vel ℞. U*ngt. popul.* ℥j.
*alb. camph.* ʒij.
*Ol. Lil. alb.*
*Scorpion. Matthiol. ana* ʒiß.
*M. F. Ungtum, d. ad Oll. pro Hepatis* regione bis quotidie inungendâ.
Vel ℞. *Ungt. de Linar.*
*è Succ. Cicut. ana* ℥j.
*Ol. Cappar.* ʒiij.
*Semin. Hyoſcyam. expr.* ʒiß.
*Antimonii diaphor.* ʒij.
*M. f. Ungtum hepaticum.*
Vel ℞. *Ungt. pomat.* ℥j.
*Ol. Bacc. Juniper.*
*Scorp. Matth.*
*è flor. Slotan. ana* ʒß.
*Opii aceto ſolut.* ʒj.
*M. f. Unguentum d. ad Oll. Uſus ut ſuprà.*
℞. *Herb. Verben. rec.*
*Thlaſp. rec. ana* Miß.
*Inciſis & contuſis admiſce*
*Albumin. Ovor.* iij.
*Farin. ſecalin. q. ſ.*
*Miſc. F. Cataplaſma calidè Hepatis regioni imponendam, & ſingulis noctibus repetendum, donec duritties aut tumida ſcirrhoſitas Hepatis diſparuerit.*
Vel ℞. *Ol. Hyperic.*
*Cappar.*

*Scorpion.*

*Scorpion. Matthiol.*
*Roſar. ana* ℥ij.
*Spir. Vini camphorat.* ℥iß.
*M. ad Vitr. & pro ſedando Hepatis Dolore inungendum.*

℞. *Ol. Vulpin.*
*Verbaſc.*
*Aneth.*
*Hyoſcyam. expr. ana* ℥iß.
*Spirit. Baccar. Junip.* ℥j.
*Eſſent. Croc.* ℥ß.
*Ol. Camphor.* ℈ß.
*M. ad Vitr.* Inungatur calidè.

§. 10. In uſu verò remediorum *hepaticorum* accuratiſſimè eſt attendendum, ne dum Hepar curare ſtudemus, Stomacho noxam inferamus, ejuſque menſtruum quacunque ratione alteremus, quod inprimis fiet, ſi diu ſatis in uſu *martialium* remediorum perſiſtamus. Quemadmodum enim hæc circumſpectâ cum ſedulitare uſurpata etiam ipſum juvant Stomachum, nimiam menſtrui aciditatem corrigendo, ita eadem diutius in uſum tracta debitam volatilitatem auferunt, atque ſic ejuſdem naturalem activitatem ſummopere debilitant, Appetitum dejiciunt, quandoque & Nauſeam movent. Quare eadem remedia ſunt temperanda, neque ulterius in ipſorum uſu pergendum, quamprimum obſervabimus, Stomachum inde debilitari. *Cautelæ obſervandæ.*

## CAPUT XXVII.

### *De Spleneticis Remediis.*

§. 1.

SPlenetica, à Splene ſic dicta, *medicamenta* ſunt, quæ vim Affectibus Lienis medendi impetrârunt. *Quid ſplenetica ſint?*

Affectus autem Lienis varii ſunt, qui medelam poſtulant, licèt ipſe hujus partis uſus hucuſque nondum perfectè aut accuratè videatur eſſe perſpectus, in tot tantorumque Medicorum diſſenſu. Poſito autem, Viſcus hoc glanduloſum non niſi ſanguinis depurationi eſſe deſtinatum, & peculiarem quandam lympham ſegregare, conſequens eſt, ipſum laticem humoroſum in ſuâ craſi atque temperaturâ vitiari, quotieſcunque Lien ſuo hoc non defungitur officio. Cùm igitur in Splene ſtagnationes humorum, hincque Obſtructiones, Tumores & Scirrhi, æquè ac in Hepate aliisque Viſceribus, contingere ſoleant, ea dicentur *Lienoſa* aut *Splenetica* Remedia, quæ *partim* lympham craſſiorem, facilè in Lienis tubulis ſtagnantem, tenuiorem ac volatiliorem reddunt, ſicque Obſtructiones & Infarctus, ſi qui adſunt, particulis ſuis alcalino-ſalinis, terreis etiam ac ſulphureis plus minus volatilibus, ſolvunt & expediunt: *partim* limoſas ac tartareas Maſſæ ſanguineæ particulas, ad Scorbutum, Malum hypochondriacum, Arthritidem ac Nephritidem maximè diſponentes, particulis ſuis alcalinis enixis, aromaticis, abſtergentibus, abſorbentibus, invertentibus, ac diureticis, ſive abſorbent, ſive è corpore eliminant: *partim* tandem ſeri ſanguinei nimiam fluxilitatem aut volatilitatem acido-acrem, phlogoſes, dolores, aliaque ſymptomata ſcorbutica excitantem, moderatè reprimunt, atque acidulis ſuis auſteriuſculis, vel terreis etiam particulis ad naturalem craſin reducunt.

*Splenetica primi generis.*

§. 2. *Primi generis* ſunt *Hepatica aperientia* omnia, inprimis autem *Radices quinque aperientes, Filicis, Pimpinellæ, Scorzoneræ, Ebuli, Herbæ Fumariæ, Cuſcutæ, Cherefolii, Ceterach, Capillorum Veneris, Rorellæ, Trifolii fibrini, Naſturtii, Beccabungæ, Thlaſpios,*

*ſpios, Chelidonii majoris ac minoris, Cochleariæ, Sedi minoris, Agrimoniæ, Flores Bellidis minoris, Borraginis, Bugloſſi, ſemina Thlaſpios, Cochleariæ, Naſturtii, Aquilegiæ, Fraxini, Strobyli Pini junioris,* indeque parata *Eſſentia, Spiritus Salis Tartari volatilis*, ut & *Cochleariæ, Sal volatile oleoſum* qualecunque, *Elixir proprietatis ſine acido, Elixir proprietatis antiſcorbuticum martiale, Extractum ſplenis Bovis, Centaurii minoris, Trifolii fibrini, Tinctura Myrrhæ cum Spiritu Salis armon. parata, Tinctura Salis Tartari, Aqua deſtillata Fumariæ, Scolopendriæ, Borraginis, Bugloſſi, Chelidonii, Aqua aperitiva polychreſta Rolfincii, Oculi 69. ppti, Corallia, Conchæ, Mater perlarum, Lapis Lazuli, Diaphoreticum martiale, joviale, Crocus Martis aperitivus, Crocus Martis ſaccharinus, Pulvis Cachecticus Quercetani correctus, Vitriolum Martis, Tinctura Martis ſolaris, Eſſentia Martis vitriolata antiſcorbutica, Chalybs cum ſulph. ppt.*

§. 3. *Secundi generis* ſunt *Spiritus Salis*, ac inde parata *Tinctura aperitiva Mœbii, Eſſentia Ligni Aloës, Abſynthii, Tinctura Martis aperitiva, Tinctura Salis Tartari, Elixir Vitrioli Mynſ. Spir. Menthæ, Eſſentia carminativa, Zedoariæ aut Angelicæ.* Quibus adde antiſcorbutica jam ſuperius recenſita omnia, non ſecus ac *terrea alcalina.* *Secundi generis.*

§. 4. *Tertii generis* ſunt *Cremor & Cryſtalli Tartar. Pulvis hepaticus ruber Dreſdenſis, Clyſſus Antimon. Spiritus aperitivus Penoti, Mala citria, Syrupus Rubi idæi, Pomorum, Cydoniorum, de Agreſtâ, Acetos.* &c. *Radices Acetoſæ, Graminis, Caryophyllatæ, Herbæ Scolopendriæ, Lactucæ, Endiviæ, Cichorei, Taraxaci, Portulacæ, Hepaticæ nobilis, Tinctura antiphthiſica Garmanni, Tinctura Antimon. Corallorum,* & id genus. Formulæ Spleneticorum poterunt eſſe ſequentes: *Tertii generis.*

℞. *Rad.*

℞. *Rad. Rub. Tinct.*
*Aſparag.*
*Pimpinell. ana* ℥iiß.
*Cortic. Cappar.* ℥ij.
*Herb. Agrimon.*
*Capill. Veneris.*
*Cuſcut. ana* Mß.
*Summit. Abſynth.*
*Cent. min.*
*Flor. Bugloſſ.*
*Borrag. ana* P. j.
*Semin. Fraxin.*
*Dauc. ana* ʒj.
*Cortic. Winteran.* ℈ij.

*Inciſa & contuſa coque in ſ. q. Seri lactis vel Aq. fontanæ. Colaturæ* ℔iiij. *adde*
*Syrup. de Eupator.* ℥iij.

D. *ad Vitr. ac inde m. ac v. Cyathus plenus exhauriatur, ad Obſtructiones Lienis ſolvendas.*

Vel ℞. *Rad. Gramin.*
*Filic.*
*Apii ana* ℥ij.
*Polypod.*
*Curcum. ana* ʒj.
*Cortic. Tamaric.* ℈ij.
*Herb. Aſar.*
*Fumar.*
*Aſplen. ana* Mß.
*Flor. Bellid. min.*
*Calendul. ana* P. j.
*Bacc. Junip.*
*Semin. Aniſ. ana* ʒjß.

*Inc. & cont. coq. in ſ. q. Vin. alb. & Aq. font. Colaturæ M* j. *adde*
*Syr. de* 5. *Radic.*

*Capill.*

*Capill. Veneris. ana* ℥ij.

*M. ad Ampullam vitream, ac inde m. ac v.* ℥vj. *pro doſi capiantur.*

Vel ℞. *Radic. Fœnicul.*
*Petroſel.*
*Vincetox. ana* ʒij.
*Fol. Epithym.*
*Meliſſ.*
*Herb. rec. Naſturt.*
*Beccabung.*
*Cochlear.*
*Trifol. fibr. ana* Mß.
*Summit. Abſynth.*
*Flor. Roſar. rubr. ana P.* j.
*Semin. Aquileg.*
*Fœnic.*
*Cinam. optim. ana* ʒj.
*Rhabarb. elect.* ℥ß.
*Salis Tamaric.* ʒj.
*Inc. & cont. affunde*
*Vin. alb. veter.* Mj.
*Aq. fontan.* Mß.

*De hoc Infuſo m. ac v. hauſtus unciar.* ℥vj. *vel* viij. *ſumi poteſt.*

Vel ℞. *Maſſ. Pil. tart. Quercet.*
*Gumm. ammon. Aceto ſolut. ana* ʒj.
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Diaphor. martial. ana* ℈ij.
*Cinnab. Antimon. opt.* ℈j.
*Ol. deſtill. Mac. gtt.* ij.

*M. F. l. a. Pil. Num.* cxxx. *de quibus m. ac v.* viij. *vel* x. *in Aquâ convenienti capiantur.* In Lienis, Hepatis, Pancreatis Obſtructionibus, ut & in Cachexiâ quàm optimæ.

Vel

Vel ℞. *Extract. Trifol. fibr.*
*Cent. min. ana* ℈ij.
*Diaphor. martial.*
*jovial. ana* ʒß.
*Cinnab. nativ. opt.*
*Matr. Perl. ppt.*
*Semin. Naſturt.*
*Cochlear. ana* ℈j.
*Ol. deſtill. Lavendul.*
*Ror. marin. ana gtt.* ij.
*M. F. l. a. Pil. num.* cx. *de quibus* viij. *vel* x. *mane ac veſperi capiantur.* In Scorbuto, Scabie, & Paſſione hypochondriacâ non contemnendæ.

Vel ℞. *Pulv. cachect. Quercet.* ℥ß.
*Matr. Perl. ppt.*
*Conchar. ppt. ana* ʒj.
*Bezoard. jovial.* ʒß.
*Ol. deſtill. Meliſſ.*
*Caryoph. arom. ana gtt.* ij.
*Sacch. cand. alb. q. ſ.*
*M. f. Pulv. ſubt. detur ad ſcat. de quo* ʒß. *vel* ℈ij. *mane ac veſper. ſumantur.*

Vel ℞. *Spec. diarrhod. Abb.*
*lætific. Galen. ana* ʒj.
*Croc. Mart. aperitiv.*
*Corall. rubr. ppt. ana* ʒß.
*Cinnab. Antimon. opt.* ℈ij.
*M. f. Pulv. ſubt. cujus gr.* xv. *vel* ℈j. *pro doſi ſumatur.*

℞. *Vitrioli Mart. opt.*
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Lapid. Lazul. ppt. ana* ʒj.
*Cinam. opt.* ʒß.
*Radic. Aron. ppt.* ℈j.
*Sacch. penid.* ʒij.

*M. f.*

*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcat. Doſis* ʒß. *in liuore convenienti.*

Vel ℞. *Salis eſſent. Card. ben.*
*Acetoſell.*
*Arcan. duplicat. Mynſ.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Unicorn. foſſil.*
*Ebor. ſine igne ppt. ana* ℈j.
*M. f. Pulv. ſubt. cujus* ℈j. *pro doſi exhibeatur.*

Vel ℞. *Ocul.* 69. *ppt.*
*Antimon. diaphoret.*
*Bezoardic. jovial.*
*C. C. pph. ppt. ana* ʒß.
*Salis volat. Fulig.* ℈j.
*Cinnabaris nativ.* ℈ß.
*Sacch. opt.* ʒiß.
*M. F. Pulv. ſubt. in* viij. *doſ. æq. ad chart. de quibus m. ac v. una ſumatur.*

Vel ℞. *Aqu. Fumar.*
*Borrag.*
*Chelid. maj.*
*Naſturt. ana* Mß.

*M. ad Ampullas vitreas,* ac inde ſingulis noctibus horâ ſomni Cyathus plenus exhauriatur, ad Sanguinem ſcorbuticum & hypochondriacum diluendum, ac ſalia ejus ferocia demulcenda. Eadem etiam Mixtura poterit inſervire pro vehiculo aliorum Remediorum.

Vel ℞. *Aqu. polychreſt. Rolfinc.*
*Flor. Acac.*
*Borrag. ana* ℥j.
*Cinam. bugloſſat.* ℥ß.
*Syr. byzantin.* ʒvj.
*Spiritus Cochlear.* ℈ij.
*Ol. deſtill. Caryoph. gutt.* ij.

*Conch.*

*Conch. ppt.*
*Ocul. 69. ppt. ana* ℈j.
*Sacch. roſat. tabul.* ʒj.

*M. ad Vitr.* De quâ Mixturâ frequenter cochleare unum aut alterum in Anxietatibus hypochondriacis, aut Palpitatione Cordis ſumatur.

Vel ℞. *Aqu. Meliſſ.*
*Scolopendr. Naſturt. ana* ℥iß.
*Syr. de Pœon.* ʒvj.
*Spiritus Salis arm. fœniculat.* ʒß.
*Eſſent. Croc.*
*Pin. ana* ℈ß.
*Diaph. jovial.*
*Corall. rubr. ppt. ana* ℈j.
*Cinnab. nativ. opt. gr.* xv.
*Sacch. cand. alb.* ʒiß.

*M. ad Vitr.* Detur per cochlearia.

℞. *Spiritûs aperit. Penot.* ʒiß.
*Clyſſ. Antimonii* ʒß.

*Miſc. Doſis gtt.* viij. *ad* x. *m. ac v.* In nimia ſeri ſanguinei frigiditate.

Vel ℞. *Tinct. aperit. Mœb.*
*Antimonii ana* ʒiß.

*M. ad Vitr. Doſis gtt.* xv.

Vel ℞. *Tinct. Sal. Tart.*
*Corall.*
*Mart. aperit. ana* ʒj.

*M. ad Vitr.* Doſis xv. ad xxv. gtt.

Vel ℞. *Eſſent. Pini.*
*Elix. propr. ſine acid.*
*Tinct. Abſynth.*
*Fumar. ana* ℈ij.

*M. ad Vitr.* Doſis xv. ad xxv. gtt.

Vel ℞. *Ol. Cappar.*
*Abſynth.*

*Aneth.*

*Aneth. ana* ʒiß.
*deſtill. Aniſ.*
*Carv. ana gtt.* vj.

*M. ad Vitr.* ac inde regio Lienis interdum calidè illinatur.

Vel ℞. *Ol. carminat.* ʒij.
*Laur.*
*Scorp. Matth. ana* ʒj.
*Roſar.* ʒiiß.

*M. ad Vitr.* Uſus ut ſuprà.

Vel ℞. *Ol. Aneth.*
*Chamom.*
*Lot. hortenſ. odor.*
*Lumbric. terr. ana* ʒiß.
*deſtill. Bacc. Junip.* ℈j.

*M. ad Vitr* pro inungendo Hypochondrio ſiniſtro.

Vel ℞. *Empl. de Cicutâ.*
*Bacc. Laur. ana* ℥j.
*Ol. Laterum.* ʒij.

*M. F. Emplaſtr.* Lienis regioni applicandum.

Vel ℞. *Herb. Eryſim. rec.* Miij.
*Bacc. Junip.* Mß.
*Inciſ. & contuſ. permiſce*
*Farin. Secalin. q. ſ.*
*Albumin. Ovor. Num.* ij. *vel plura.*

*M. F. Cataplaſma,* quod calidè regioni Lienis tumidi & ſcirrhoſi ſingulis noctibus applicetur, validiſſimè enim aperit & diſcutit.

## CAPUT XXVIII.

### *De Remediis Nephriticis.*

§. I.

*Nephritica* Remedia dicuntur, quæ Affectibus Renum, Ureterum, ac Veſicæ mederi apta ſunt. *Nephriticorum definitio.*

ſunt. Cùm autem Morbi talium partium varii ſint, iique à diverſis cauſis oriundi, *Remedia* quoque *nephritica* varii generis particulis, hinc & qualitatibus variis pollebunt; ita ut *alia* quidem coagulum, vias Renum obſtruens, atque à ſale tartareo fixo-acido originem trahens, reſolvant: *alia* fibras nerveas à rodente ſale punctas, laceratas, doloremque plus minus intenſum excitantes demulceant: *alia* tandem vias tubulosque nimis ſtrictos laxent, eorumque internam aſperitatem lubricent, ſicque occaſionem dent ſive arenulis, ſive calculis, ſive etiam pituitæ coagulatæ, tanto facilius expediundis & propellendis. Hiſce etiam addi poſſunt *Lithontriptica* ſive *Calculum frangentia*, de quorum tamen exiſtentiâ & decantatâ operatione, ſive effectu Medici Practici valdè adhuc dubitant.

*Lithontriptica remedia.*

*Remedia coagulum reſolventia.*

§. 2. Quæ Medicamenta coagulum pituitoſo-tartareum Renum aut Veſicæ reſolvere, ac in fluorem debitum redigere debent, particulis ſali coagulanti maximè reſiſtentibus conſtent oportet; ab hoc enim ſale plus minus volatili, alcalino magis quàm acido, pituitoſæ ac terreſtres fixæ particulæ in mucilaginoſum coagulum velut congelari ſolent. Omnium optimè autem & potentiſſimè reſolvunt, quæ ſalinis partim, partim etiam terreſtribus & lapidoſis abſorbentibus, partim denique plus minus volatilibus apertis aut occultis ſalino ſulphureis conſtant particulis: prout in hanc Claſſem referimus è Regno vegetabili quidem *Radices quinque aperientes majores & minores, nec non Ononidis, Eryngii, Allii, Ceparum, Filicis, Bardanæ, Jalapp. Mechoacann. Sigilli Sal. Pimpinellæ, Saxifragæ, Filipendulæ, Ari, Dictamni alb. Squillæ, Carlin. Raphani ruſticani, Herbas Cherefolii, Urticæ urentis, Anſerinæ, Veronicæ, Petroſelini, Apii Selini, Naſturtiorum,* *Tricho-*

*Trichomanes, Scordii, Adianth. Hederæ terreſtris, Virgæ aureæ, Lepidii, Chamædr. Leviſtici,* inſigniter ad Calculum commendatæ, *Herba Thée,* ejuſque *Infuſum, Grana Coffé, Baccæ Juniperi & Alkekengi, Coryli, Cynoſbatos, Oſſa Dactylorum, Nuclei Ceraſorum, Perſicorum,* &c. *Lapides Meſpilorum, Semina Thlaſpios, Apii, Petroſelin, Plantaginis, Naſturtii, Milii ſolis, Dauci, Violarum,* quod poſtremum ſemen ſimul alvum laxat, *Lycopodii, Terebinthina* & inde ppta, item *Aquæ deſtillatæ Plantarum* ſuprà dictarum, ut & *Succus Betulæ.* Ex Regno *Animali* habemus *Millepedes pptos, Oculos Cancrorum, Lapides Percarum & Carpionum, Sperma Ceti, Sal volatile Eboris, C. C. Viperarum,* & id genus *Spiritus Urinæ & Salis armon. volatil.* Ex Regno *Minerali* eminent *Succinum* cum *Oleo. Eſſentiâ, Spiritu,* aut *Sale volatil.* Item *Tartarus vitriolatus, Arcanum duplicatum Mynſichti, Nitrum vitriolatum, Lapis Lyncis, Judaicus, Nephriticus,* & *Piſolithus, Spiritus aperitivus Penoti, Tinctura Mart. aper.* vel *Antimon.* aut *Corallorum* cum *Nitro par. Liquor nephriticus mineralis Michaëlis, Spiritus Salis* aut *Nitri dulcis, Aquæ minerales,* prout ſunt *Acidulæ, Thermæ Fabarienſes Rhætiæ,* & id genus. Ex quibus formulæ variæ anti nephriticæ ſequentem in modum parari poſſunt:

℞. *Tereb. opt. Vitell. Ov. ſol.*
*Syr. Violar. ana* ℥j.
*Aq. Portulac.*
*Fragor.*
*Malv. ana* ℥ß.

*M. F. Coloſtrum pro doſi* exhibendum in Obſtructionibus Renum à coagulo.

Vel ℞. *Fol. Senn. diligent. mund.*
*Radic. Eryng.*

*Apii ana* ʒij.
*Herb. Potentill.* Mj.
*Crem. Tartari* ʒj.
*Semin. Fœnic.*
*Dauc. ana* ʒß.
*Inciſis & contuſ. affunde per noctem*
*Aq. Malv.*
*Veronic.*
*Ononid. ana q. ſ.*

*Sequenti mane bulliant parum, & in colaturâ diſſolve*

*Tereb. Vitell. Ov. ſolut.* ℥ß.
*Aq. Cinam.* ʒij.

*M. & exhibe pro doſi.* In Colicâ nephriticâ remedium præſtantiſſimum, & olim quorundam Medicorum ſecretum.

Vel ℞. *Aq. Alkekeng.*
*Cherefol.*
*Ononid.*
*Anſerin. ana* ʒvj.
*Syr. de Alth. Fernel.* ℥ß.
*Spiritus Fragor.* ʒiij.
*Nitri vitriol.* ʒj.

*M. ad Vitr.* Hauriatur frequenter cochleatim.

Vel ℞. *Aq. Cherefol.*
*Fragor. ana* ℥iß.
*Cinam.* ʒij. *ad* ʒiij.
*Syr. Capill. Veneris* ʒvj.
*Spiritus Salis dulc. gtt.* xij.

*M. ad Vitr.* ſumatur per cochlearia eo in Affectu, in quo propter mucilaginoſum viſcidum coagulum Urina procedere nequit.

Vel ℞. *Aq. Petroſel.*
*Portulac.*

*Fœnicul.*

*Fœnicul.*
*Syr. Violar. ana* ℥j.
*Spiritus Salis dulc.* ʒß.
*Ocul. 69. ppt.*
*Antimon. diaphor. ana* ℈j.
*M. ad Vitr.* Detur ut ſuprà.
Vel ℞. *Radic. Ononid.*
*Liquirit.*
*Pulv. Virg. aureæ.*
*Ocul. 69. ppt.*
*Lapid. Lync. ppt. ana* ℈ij.
*Salis Ononid.*
*Juniper. ana* ℈j.
*Sacch. cand. alb.* ℥ß.
*M. F. Pulv. ſubt. cujus doſis* ʒß. *ad* ℈ij. *cum Aquâ appropriatâ.*
Vel ℞. *Lapid. Meſpil. ppt.*
*Judaic. ppt.*
*Ocul. 69. ppt. ana* ʒj.
*Arcan. duplicat.* ʒß.
*Milleped. ppt.* ℈j.
*Sacch. cand. alb.* ʒj.
*M. F. Pulv. ſubt. cujus doſis ut ſuprà.*
℞. *Trochiſc. de Alkekeng.* ʒj.
*Ocul. 69. ppt.*
*Cryſtall. alb. ppt. ana* ʒij.
*Lapid. nephritic.*
*Semin. Dauc.*
*Thlaſp.*
*Mil. Solis ana* ℈j.
*Sacch. penid.* ʒiß.
*M. F. Pulv. ſubt. ad* ℈ij. *pro doſi frequenter exhibendus.*
Vel ℞. *Tartari vitriolat.* ʒj.
*Salis Ononid.*

*Abſynth.*
*Geniſt. ana* ℨß.
*Conch. ppt.* ℨj.
*M. F. Pulv. ſubt. ad* ℨß. *vel* ℈ij. *exhiberi commodus.*

Vel ℞. *Ocul. 69. ppt.* ℨij.
*C. C. ph. ppt.*
*Semin. Dauc. ana* ℨj.
*Salis volatil. Succin.* ℨß.
*Milleped. ppt.* ℈j.
*Sacch. penid.* ℨvj.
*M. F. Pulv. ſubt.* Doſis ut ſuprà.

Vel ℞. *Tinct. Mart. aperitiv.*
*Corallor. cum Nitro ana* ℨiß.
*Antimon.* ℨj.
*M. ad Vitr.* Doſis xv. ad xx. gtt.

Vel ℞. *Eſſent. Succin.* ℨiß.
*Ol. Terebinth.* ℈j.
*M. ad Vitr. doſis* viij. *ad* x. *gtt.*

Vel ℞. *Spiritus Fragor.*
*Bacc. Juniper. ana* ℨij.
*M. ad Vitr.* Doſis xx. ad xxv. gtt.

Vel ℞. *Olei deſtill. Bacc. Junip.* ℨij.
*D. ad Vitr. doſis* vj. *ad* viij. *gtt.*

Vel ℞. *Terebinth. opt.* ℨij.
*Extract. Ononid.*
*Alkekeng. ana* ℨß.
*Succin. alb. ppt.* ℈ij.
*Diaphor. martial.*
*Milleped. ppt. ana* ℈j.
*Ol. Succin. deſtill. q. ſ.*
*M. F. Pil. Piſi minoris magnitudine, de quibus m. ac v. ſumantur.* viij. *pro doſi.*

*Demulcentia.* §. 3. *Dolorem Renum mitigantia Nephritica*, acrimoniam humorum vellicantium abſorbere, edulcorare,

corare, & ſimul hinc enatam ſpaſmodicam tenſionem fibrillarum nervoſarum, in membranis tubuliſque Renum, Ureterum aut Veſicæ emendare ac demulcere debent. Variis hinc conſtant particulis, quarum aliquæ notantur aquoſo-oleoſæ, aliæ *mucilaginoſæ*, vel *ſulphureo-balſamicæ*, hinc *nervinæ* ac *vulnerariæ*, aliæ aquoſo *alcalinæ abſorbentes*; aliæ denique *narcoticæ* & *anodynæ*. Hinc meritò in talium Remediorum cenſum referuntur *Radices Althea*, *Symphyt. maj. Liquiritiæ, Malvæ, Herbæ Sempervivi, Alcææ, Telephii, Althea, Portulacæ, Lactucæ, Malvæ, Parietariæ, Pulpa Caſſiæ, Terebinthina, Semina quatuor frigida majora, Amygdalæ, Nuclei Ceraſorum.* Quibus adde *Plantaginem, Saniculam, Alchymillam, Pinguiculam Geſneri, Lichenem petræum, Virgam auream, Flores Chamomillæ, Papaveris rheados, Violar. Semen Papaveris albi, Syrupum Violarum, Capill. Vener. Syrup. anodynum, de Altheâ Fernelii, Eſſentiam traumaticam*, præprimis *Virgæ aureæ* ac *Succini, Cinnabarim* utramque, *Chelas* ♋*rum pptas, Conchas pptas, Corallia, Matrem Perlarum, Lapides* ♋*rum*, &c. Ultimum denique locum obtinebunt *Opiata* cum *Oleo Amygdalarum dulcium*, è quibus variæ formulæ concinnari poſſunt: v. gr.

℞. *Syr. de Alth. Fernel.* ℥ij.
*Capill. Vener.* ℥ß.
*de Semperviv.* ʒij.
*Ol. Amygdal. dulc. rec. expr.* ʒvj.
*Aqu. Malv.* ℥j.
M. *ad Vitr. Sumatur per cochlearia.*

℞. *Syr. de Alth. Fern.* ℥iß.
*Violar.*
*Aqu. Fragor. ana* ℥j.
*Ol. Amygdal. dulc.* ℥iß.
*Spec. diatrag. frig.* ʒj.

*M. F. Eclegma.* Sumatur cochleatim.

Vel ℞. *Syr. de Lichen. petr.*
*Liquirit.*
*Anſerin. ana* ℥vj.
*Aq. Semperviv.*
*Portulac.*
*Malv. ana* ℥ß.
*Ocul. 69. ppt.*
*Matr. Perl. ppt. ana* ʒß.

*M. ad Vitr.* Sumatur ut ſuprà.

℞. *Ovum gallinaceum excavatum, cui primùm infunde Syr. Violar. cochlearia* ij. *hinc ſuperfunde Terebinth. clar.* ʒvj. *tandemq́ Ovum Syrupo Violarum reple, ſicque exhauriendum Ægro præbe, qui de Sapore vel odore Terebinthinæ hac ratione non multum ſentiet.*

Vel ℞. *Gumm. arabic.* ʒiij.
*Pulveriſatum divide in* iij. *doſ. æq. cum Juſculo vel Lacte calido tribus inſequentibus diebus ſumend.*

Vel ℞. *Extr. Liquirit.*
*Theriac. cœleſt. ana gr.* v.
*Cum Ol. ſtill. Succin. f. l. a. Pilulæ num.* vj. *Inaur. ſumantur pro doſi.*

Vel ℞. *Extract. Conſol. gr.* vj.
*Onon. gr.* iij.
*Laud. Opiat. gr.* j.
*Cinnab. Antimon. opt. gr.* iv.
*Cum Oleo Terebinth. f. l. a. Pilulæ num.* viij. *Inaurat. ſumantur pro doſi ab homine adulto.*

Vel ℞. *Spec. diatragac. frig.*
*Gumm. arabic. ana* ʒiij.
*M. F. Pulv. ſubt. divid. in* vj. *doſ. æq. m. ac v. ſumendas.*

Vel

Vel ℞. *Eſſent. Virg. aureæ* ℨiiß.
*Succin.* ℨß.
*M. ad Vitr.* Dentur xv. gtt. pro doſi cum cochleari *Syrupi de Althæâ Fernelii*, aut *Olei Amygdalarum dulcium.*

Vel ℞. *Eſſent. traumat.* ℨij.
*Opii liquid.* ℈j.
*M. ad Vitr. Doſ.* xv. *ad* xx. *gtt. cum Syrupo aut Liquore convenienti.*

Vel ℞. *Nucl. Perſicor.*
*Amygdal. dulc. rec. excort. ana* ℨij.
*Sem. 4. frig. maj. ana* ℨj.
*Papav. alb.* ℨiß.
*Aq. Malv.*
*Semperviv. ana* ℥iiij.
*M. F. l. a. Emulſio cui adde*
*Syrup. de Alth. Fernel.* ℥j.
*Confect. Man. Chr. ſimpl.* ℥ß.
*M. ad Vitr. ſumatur tribus vel quatuor doſibus.*

Vel ℞. *Amygdal. dulc. rec. excort.*
*Nucleor. Ceraſor. ana* ℨiß.
*Semin. Melon.*
*Cucumer. ana* ℨij.
*Aq. Portulac.*
*Chamomill.*
*Fragor. ana* ℥j.
*Cardiac. offic.* ℨvj.
*M. F. l. a. Emulſio, cui adde*
*Syrup. anodyn.* ℥j.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*M. ad Vitr. pro* ij. *vel* iij. *doſibus.*

§. 4. Quæ *Nephritica* vias ſive tubulos hinc inde exaſperatos laxant, aut etiam adſtrictas fibras leniunt & demulcent, *particulis aquoſis* aut *oleoſis* emollientibus conſtare debent, tam internè aſſumta, *Nephritica vias ſtrictas laxantia.*

quàm externè quoque uſurpata. Cujuſmodi ſunt *Aquæ deſtill. Malvæ, Sempervivi, Lactuc. Parietar. Althææ, Portulacæ, Saniculæ, Lichenis petræi, Syrupus Violarum, de Althæa Fernelii, de Lichene petræo, Olea Amygdalarum dulcium, Lini, Olivarum*: Quæ quidem ſingula internè in calculoſâ conſtitutione uſurpari poſſunt, partim ut ſabulum aut etiam Lapilli minores per lubricatos atque laxatos tubulos, expanſioni faciliori aptiores ſic redditos, tanto minore cum incommodo transmitti queant. Pro *externo* autem *uſu* ſive in *Clyſteribus*, ſive in *Fomentis* aut *Inunctionibus* proſunt *Radices emollientes*, ut & *Petroſelini, Apii. Allii*, &c. *Herbæ itidem emollientes* cum *Chamomillâ, Atriplice, Thlaſpide, Meliloto, Baccis Juniperi & Alkekengi, Semine Milii Solis, Aquilegiæ*, ut & 4. *frigidis majoribus, Olea Olivarum, Amygdalarum, Scorpionum, Lini, Chamomillæ, Succini, Vulpinum, &c. Pinguedo Humana, Canum, Cervi, Ungtum de Althæâ*; E quibus Formulæ ſequentes componi poſſunt, v. gr.

℞. *Aq. Lactuc.*
*Portulac.*
*Lichen. petræi. ana* ℥iij.
*Syr. Violar.* ℥iß.
*M. ad Vitr. pro* iij. *doſibus.*

Vel ℞. *Radic. Malv.*
*Alth.*
*Fragar.*
*Filic. ana* ℥iij.
*Herb. Mercurial.*
*Violariæ,*
*Agrimon.*
*Anſerin. ana* Mj.
*Summit. Virg. aur.* Mß.
*Jujubar. par.* iij.

*Bol.*

*Bol. armen.* ℥j.
*Salis polychr.* ʒiß.
*Inciſ. & contuſ. coque in Aqu. fontan.* Mij.
*olatura Ovi Vitello clarificata d. ad Vitrum, & ſingu-*
*mane ac veſperi ſumatur doſis* ℥ix.
Vel ℞. *Aq. Semperviv. maj.*
*Plantag.*
*Malv. ana* ℥iij.
*Syr. de Alth. Fernel.*
*Semperviv. ana* ℥iß.
*M. ad Vitr. pro* iij. *doſibus.*
Vel ℞. *Aq. Parietar.*
*Fragor. ana* ℥iiß.
*Semperviv.* ℥j.
*Syr. Jujubin.*
*Violar. ana* ʒvj.
*Mucilag. Sem. Cydon. Aq. Roſar.*
*& Cinam. fact.* ℥ß.
*M. ad Vitr. ſumaturq;* ij. *vel* iij. *doſibus.*
℞. *Ol. Amygdal. dulc.* ℥ij.
*Sumatur aliquoties pro doſi cum Juſculo.*
Vel ℞. *Syr. de Alth. Fernel.*
*Violar.*
*Ol. Lin. ana* ℥j.
*Aq. Ononid.*
*Semperv. maj. ana* ℥iß.
*Gumm. Arabic. pulver.* ʒj.
*M. F. Eclegma cochleatim ſumendum.* Poſſunt
n hunc finem etiam *Coloſtra terebinthinata*, vel *Pi-*
*ulæ è Terebinthinâ* frequenter aſſumi.
Vel ℞. *Spermat. Cet. opt.* ʒiij.
*Divid. in* iij. *doſ. æq. m. ac v.* in Juſculo ca-
ido ſumendas.
Pro externo uſu ſequentia præſcribi ſolent.
℞. *Rad.* 5. *emoll. ana* ʒiß.
*Herb.*

*Herb. Violar.*
*Malv.*
*Cherefol.*
*Summit. Chamom. ana* Mj.
*Bacc. Alkekeng.* ʒiij.
*Semin. fœnic.* ʒj.
*Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. Aq. font. vel Juſculi carnium. Colaturæ* ℔j. *adde*
*Mell. Mercurial.*
*Ol. Olivar. ana* ℥j.
*Sacch. albiſſ.* ʒij.
*M. F. Clyſter injiciendus tepide.*
Vel ℞. *Decoct. Rad. & Herb. emoll,* ℥xj.
*Mell. violac.* ℥j.
*Ol. Vulpin. Chamom.*
*Lil. alb. ana* ʒvj.
*Salis Gemm.* ℈j.
*M. F. Clyſter.*
Vel ℞. *Rad. Alth.*
*Eryng.*
*Polypod ana* ℥ij.
*Herb. Parietar. Mercurial.*
*Origan. ana* Mj.
*Florum Chamom.*
*Melilot. ana* Mß.
*Bacc. Juniper.*
*Semin. Carv. ana* ʒiß.
*Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. Aq. font. Colaturæ* ℔j. *adde*
*Ol. Oliv.* ℥j.
*Scorp. ſimpl.*
*Elect. de Hier. picr. Logad. ana* ℥ß.
*M. F. Clyſter tepidè injiciendus.*
Vel ℞. *Juſcul. Carn.* ℥vj.
*Ol. Olivar.* ℥iiij.

*Lin.*

*Lin.* ℥ij.
*Mell. roſacei* ℥j.
*Elect. cathol.* ʒvj.
*M. F. Clyſter inſpergendus tepidè.*
Vel ℞. *Ungt. de Alth. Fernel.* ʒvj.
*Ol. Scorpion. Matth.* ʒij.
*M. ad Oll. & lumborum regio hinc calidè fre-uenter illinatur.*
Vel ℞. *Ungt. de Alth.* ℥j.
*Ol. Chamon.* ʒiij.
*Scorpion. ſimpl.* ʒj.
*Succin. deſtill.* ℈j.
*M. F. Linim. lumbis illinendum.*
℞. *Ol. Chamon.*
*Vulpin. ana* ℥ß.
*Semin. Hyoſcyam. expr.* ʒiß.
*Scorpion. Matthiol.* ʒj.
*M. ad Vitr. pro illinendis Lumbis.*
℞. *Ol. ſcorpion. ſimpl.* ℥ß.
*Axung. Can.*
*vulpin. ana* ʒij.
*Ol. Sem. Papav. alb. expr.* ʒiß.
*Bacc. Junip. deſtill.* ʒj.
*M. F. Linim. d. ad Oll. pro Lumbis illinendis.*
℞. *Rad. Alth.*
*Fænic.*
*Malv. ana* ℥ß.
*Herb. Mercurialis,*
*Branc. urſin.*
*Summit. Chamom.*
*Melilot.*
*Aneth. ana* Mj.
*Bacc. Junip.*
*Sem. Papav. alb.*
*Hyoſciam. ana* ʒij.

*Inciſa*

*Inciſa & contuſa inſuantur Sacculo interpaſſato, qui Aquæ vel Lacti incoctus Lumbis applicetur calidè.*

℞. *Rad. Ononid.*
*Malv. ana* ℥vj.
*Herb. Cherefol.*
*Petroſel.*
*Alth.*
*Summit. Chamon. ana* Miß.
*Bacc. Alkekeng.*
*Junip. ana* ℥iij.
*Semin. Fœnic.*
*Petroſel. ana* ℥ij.
*Radic. Allii rec. num.* iij.

*Inciſa & contuſa inſue Sacculo & coque ut ſuprà.*

§. 5. Apud Infantes frequenter contingit, ſubinde tamen in Adultis etiam obſervatur, ut Urina nimis craſſa in Veſicá ſubſiſtat, neque ab ægro excerni poſſit. In hoc caſu non reperi præſtantius remedium euporiſto ſequenti, quod hinc diu à nonnullis inter ſecreta fuit retentum.

℞. *Rad. Allii rec. num.* iij. *vel* iiij.
*Herb. Petroſel. rec.*
*Cherefol. ana* Mß.
*Bacc. Juniper.* ℥vj.

*Inciſa & contuſa tenuiter coque parum in Vino rubro, ut inde reddatur Cataplaſma, quod linteo calidè ſuperinductum regioni pubis applicetur, & quando refriguit denuò caleſiat.*

Tandem heic prætereunda non ſunt *Semicupia*, quorum egregiam vim Nephritici in paroxyſmo ferè ſemper ſunt experti: Incoquuntur autem iis *emollientia* atque *nephritica Remedia*, prout ſunt *Radices Ariſtolochiæ, Althææ, Malv. Hippolapathi, Pimpinellæ, Folia Parietariæ, Brancæ urſinæ, Violariæ,*

*Chere-*

*Cherefolii, Malvæ, Althææ, Apii, Origani, Polii, Hederæ terreſtris, Flores Chamomillæ, Verbaſci, Alcææ, Meliloti, Papaveris rheados, Geniſtæ, Fructus Baccarum Lauri ac Juniperi*, è quibus *Sacculi* confici poſſunt, Aquæ fontanæ incoquendi pro *Semicupio.* Statim autem poſt uſum hujus *Balnei*, Lumborum regio inungenda eſt *Linimento* aut *Oleo* quodam ſuprà deſcripto, imò ſimpliciter *Oleum Scorpionum* & *Lini* cum *Oleo Chamomillæ* in hunc uſum permiſceri poterunt.

§. 6. *Lithontriptica* Remedia non inconvenienter Claſſi *Nephriticorum* junguntur, quippe calculoſum Renum aut Veſicæ Affectum concernentia. Dicuntur autem hæc Medicamenta, quæ vim habent aut habere ſaltem deberent, Calculos renum aut veſicæ atterendi, comminuendi, & in ſabulum vel arenulas reſolvendi. *Lithontriptica.*

§. 7. Non ſine ratione in hâc Definitione addimus, *ſaltem habere debere hanc vim*, etenim inter Medicos tam Veteres, quàm Modernos continuè hæc fuit agitata quæſtio, Utrum in rerum naturâ exiſtat ejuſmodi Remedium, quod impactos Renibus aut Veſicæ Calculos diſſolvere potis ſit? Reperti hinc Auctores, præprimis qui, poſthabitis ægrorum viſitationibus, retrò fornacem continuè meditantur, aſſeverantes, omninò talia Pharmaca haberi, cumque omnem ſuam ætatem legendo atque ſcribendo conſumerent, varia ejuſmodi Medicamina excogitârunt, indeque *Lithontripticorum* Medicaminum Tabulam concinnârunt. E contrario Medici alii, quibus datum eſt quotidie cum Ægris verſari, hincque nova indies experimenta, quibus ſuam augeant peritiam, facere, contrariam prorſus opinionem foverunt, in quantum multiplici *An reverâ dentur?*

plici experientiâ nullum ex Lithontripticis ordinatis effectum obſervare potuerunt.

*Diſtinguendi Calculi.*

§. 8. Nos verò diſtinguendum putamus inter *Calculos*, quorum alii *ſiliceæ* ſunt *duritiei*, alii ſimiliter ſatis *duri* & *compacti*, alii tandem *laxioris* adhuc *texturæ*. Quod priores attinet, neutiquam credimus, ullâ eos comminui poſſe ratione, quandoquidem plurimis factis experimentis, cum affuſis variis liquoribus, tam alcalinis, quàm acidis, volatilibus & maximè penetrantibus, in nullo horum lapillos vel minimum fuiſſe ſolutos notavimus. Quod verò tertium Calculorum genus attinet, cum iiſdem quoque experimentum inſtituimus, notavimusque neque in Spiritu Urinæ, neque in Spiritu Lumbricorum terreſtrium, neque in Spiritibus Salis armon. Millepedum, Viperarum, Cornu Cervi, neque tandem in Spiritibus acidis Sulphuris, Nitri, aut Salis fuiſſe ſolutos, ſed in ſolo illo *Balthaſaris à Guldenklee* arcano, quod in ſuis deſcribit *Obſervationibus*, tranſpoſitis verborum literis, quodque nihil aliud eſt, quàm *Succus Herbæ Secalis* atque *Anſerinæ*, menſe Majo, ex iiſdem ſub roridâ aurorâ collectis, ſtatim expreſſus, hincque cum *Vino rubro* per diem unum aut alterum digeſtus; quod Remedium intus aſſumi ſolet eodem hoc menſe, & quidem præſervationis loco ſolùm ter, curationis autem ſcopo pluries. Imò nil video quid impediat, quò minus etiam calculoſæ Veſicæ per ſiphonem inſpergatur, cum nullum dubium ſit, ibidem ſuam Operationem non minus feliciter exercere poſſe atque extra corpus, ſolvendo nimirum ſabuloſam terreſtris materiæ concretionem.

*Materia Lithontripticorum.*

§. 9. Sed dantur fortè & alia; quæ non contemnendum in hoc caſu effectum præſtare valent, qualia

qualia quidem efficaciora ex *Lithontripticorum* Tabulis ſequentia depromimus, nimirum *Radices Allii, Urticæ, Raphani ruſticani, Filipendulæ, Folia Bupleuri, Virgæ aureæ cum floribus, Scordii, Hederæ terreſtris, Baccæ Alkekengi, Semina Milii Solis, Naſturtiorum, Geniſtæ, Xanthii, Thlaſpios, Ozymi, Raphani, Ceparum, Baccæ Hederæ arboreæ, Millepedes ppti, Pulvis Lithonthripticus Auguſtanus, Eſſentia Lithonthriptica Rolfincii, Cineres Lumbricorum, Spiritus Urinæ, Sanguinis Leporis, Cineres Erinacei terreſtris, Pulvis Calculorum humanorum*, in quorum tamen uſu cautè eſt procedendum, certusque ſis oportet de Calculi naturâ, ſi enim durioris ſit texturæ, plus omninò iiſdem noceremus, quàm prodeſſemus, quoniam duriores Calculi ejuſmodi generoſis remediis, quæ ſimul pellendi vim obtinent, magis moverentur, ſicque dolorem longè intenſiorem excitando, fibrillasque, quas penetrare cupiunt, dilacerando, promptè Gangrænam, Sphacelum, ac inſequentem mortem accelerarent. Quales equidem Obſervationes non paucæ apud Practicos occurrunt.

## CAPUT XXIX.

### *De Remediis Hyſtericis.*

§. 1.

UTerina vel *Hyſterica* Remedia ea appellari poſſunt, quæ variis Uteri Affectibus medentur, & cum Affectus tales ſubinde ſint contrarii, materia quoque talium Pharmacorum ſibi invicem oppoſita erit. Atque hæc eſt cauſa, cur inter Uterina remedia referamus non ſolùm *Emenagoga*, ſed & *Menſes Obſtruentia*, quæ ſcilicet nimium Menſium fluxum vel cohibent, vel moderantur; Quibus dein adduntur ea, quæ *Quid hyſterica medicamina.*

(Q) ſuffo-

ſuffocationes Uterinas ſive Paſſiones hyſtericas emendant & ſedant, ut &, quæ fœtum in Utero exiſtentem confortant, aut etiam partum ſuo tempore facilitant, & ſecundinas cunctantes expellunt.

*Emmenagoga.* §. 2. Primi ergo generis *Uterina*, ſunt *Emmenagoga*, ſive *Menſes moventia*, quæ nimirum ſuppreſſum vel imminutum Menſium fluxum denuò ſuſcitant, & naturali vigori reſtituunt. Inſtituti noſtri non eſt, heic de Menſtrui fluxûs naturâ, origine & cauſis diſſerere, quandoquidem hæc tractatio ad Phyſiologiam & Pathologiam propriè pertinet. Obiter tamen & vel verbo ſolùm monitum volumus, ad Menſium naturalem fluxum requiri partim ſanguinis debitam craſin, menſtruo quovis tempore, determinatâ quâdam ac certâ ratione ita turgeſcentem, ut hinc per hiantia Uteri, aut Vaginæ potiùs Uterinæ vaſa, quicquid ſuperfluum eſt, exſudare queat; partim debitam Vaſorum in Uteri Vaginâ ſanguiferorum conformationem & texturam talem, quâ vaſcula minima apta ſint, tempore menſtruæ fermentationis ſeſe aperiendi aut hiandi, ſicque laticem Sanguineum onere ſuperfluitatum liberandi.

*Materia eorum.* §. 3. Materia hinc *Emmenagogorum* medicaminum iis conſtabit particulis, quibus vel Orgaſmus ille menſtruus redintegrari, vel textura vaſorum partis affectæ nimis craſſa aut tenſa laxari, & tenerior reddi poſſit. Illud præſtare valent partim *interna*, partim *externa* Remedia, hoc autem vix niſi *externa*.

§. 4. Quod itaque Remediorum horum Materiam attinet, è tribus illa Medicaminum *Regnis* peti ſolet; ubi *Vegetabile* quidem ſuppeditat, *Radices Ariſtolochiæ rotundæ veræ, Mei, Bryoniæ, Dictamni, Galangæ, Zedoariæ, Petaſitidis, Vincetoxici, Aſparagi,*

*ragi, Apii, Fœniculi, Urticæ, Petroſelini, Ruſci, Herbas* & *Aquas* inde deſtillatas *Abrotani, Matricariæ, Meliſſæ, Marrubii albi, Polii montani, Pulegii, Artemiſiæ, Roriſmarini, Serpilli, Veronicæ, Betonicæ, Dictamni Cretici, Sabinæ, Flores Anthos, Geniſtæ, Calendulæ, Cheiri, Summitates Virgæ aureæ, Abſynthii. Anethi, Centaurii minoris; Aromata omnia,* quibus adduntur *Crocus, Baccæ Lauri & Juniperi, Borax Veneta, Vitriolum Martis, Crocus Martis aper. Mater perlarum ppta, Specificum cephalicum Michaelis, Caſtoreum pptum, Bezoardicum martiale & joviale, Fæculæ Radicis Pœoniæ* vel *Bryoniæ, Teſticuli equini ppti, Trochiſci de Myrrhâ, Salia volatilia quævis; Extracta Caſtorei, Galangæ, Myrrhæ, Artemiſiæ, Zedoariæ, Splenis Bovis, Croci, Sabinæ, Centaurii minoris, Succus Aloës, Aquâ Hyſterica Sennerti* vel *Ludovici, Aqua Cinamomi, vitæ* Mulierum, *Balſamus Embryonum, Spiritus Salis armon. ſimplex,* aut *oleoſus,* nec non *Spiritus volatilis* qualiscunque alius; *Eſſentia Succini, Croci, Myrrhæ, Caſtorei, Aſæ fœtidæ, Sabinæ, Artemiſiæ, Tinct. Caſtorei cum ſpiritu Salis arm. parata, Tinctura Martis aperitiva, Corallorum & Antimonii, Elixiria Uterina Crollii, Rolfincii, Mœbii, Pilulæ* quævis *aloëticæ*, è quibus ſequentes aut ſimiles Formulæ parari poterunt, v. gr.

℞. *Radic. Urtic.*
*Mei*
*Galang.*
*Vincetox. ana* ℥ij.
*Herb. Puleg.*
*Artemiſ.*
*Meliſſ.*
*Summit. Cent. min. ana* Mß.
*Flor. Calendul. P.* ij.

*Bacc. Laur.* ʒiß.
*Salis Abſynth.* ʒj.
*Croc. orient. ver.*
*Cinam. elect.*
*Caſſ. lign. ver. ana* ℈ij.
*Limat. Mart. in nodul.*
*ligat.* ℥iß.

*Inc. & cont. inſuantur Nodulo ex ſyndone, cui affunde Vini albi veteris* Mj. *& Menſuram dimidiam* Aquæ fontanæ, ſtent per xxiv. horas, aut per biduum in digeſtione leni, poſtmodum Colatura filtrata detur uſui, de qua m. ac v. bihorio ante paſtum ℥ij. vel iij. bibantur.

Vel ℞. *Rad. Ariſtol. rot. ver.*
*Gentian. cruciatæ,*
*Vincetoxic.*
*Zedoar.*
*Rhabarb. Monach. ana* ʒiiß.
*Herb. Artemiſ.*
*Betonic ana* Mj.
*Bacc. Laur.* ʒiiß.
*Croc. pulveris.*
*Cortic. Winteran.*
*Borac. Venet. ana* ʒj.
*Sacch. cand. alb.* ℥ij.

*Inc. & contuſ. inſuantur Nodulo, cui ſuperaffundatur Vini albi veteris ac Aquæ fontanæ ana* ℔iß. Stent per triduum infuſa, poſtmodum de Colaturâ hauriantur m. ac v. ℥iij. vel iiij.

Vel ℞. *Limat. Chalyb. in petiâ ligat.* ℥ß.
*Herb. Puleg.* Mj.
*Rorismarin.*
*Artemiſ.*
*Sabin. ana* P. ij.
*Cinam. elect.* ʒij.

Cortic.

*Cortic. Aurant.*
*Croc. opt.*
*Macis.*
*Salis Abſynth. ana* ℈ij.
*Sacch. opt.* ℥iij.

*Inciſa & contuſa tenuiter immittantur Ollæ vitreatæ novæ, ſuperaffundendo Vini albi veteris & Aquæ fontanæ ana* Mß. *Muniatur Olla & cooperiatur probè, ſtent poſtea ſpatio tridui, ac dein m. & v.* horâ ante paſtum iv. vel v. *cochlearia capiantur.* Remedium eſt ex parte Celeberr. Dn. D. Wepferi Medic.Scaph.p.m.ac multiplici experientia probatum.

§. 5. Notandum verò, *Emmenagogis* ſubinde magnâ cum ratione adjungi Remedia *purgantia*; hinc eſt, quòd in Medicâ Praxi ſubinde obſervetur, Menſes egregriè fuiſſe ab *Infuſis Medicatis* provocatos, quem in finem:

℞. *Rad. Mei ſive Mutellinæ,*
*Ariſtol. rot. ver. ana* ʒij.
*Aſar.*
*Cyclamin. ana* ʒß.
*Cortic. Aurant.* ʒj.
*Herb. Meliſſ.*
*Veronic. ana* Mj.
*Sabin.P.* ij.
*Bacc. Laur.*
*Junip. ana* ʒj.
*Fol. Senæ mundat.* ʒvj.
*Rhabarb. elect.* ʒiiß.
*Agaric. trochiſcat.* ℥ß.
*Caſſ. lign. ver.* ℈iiij.
*Borac. venet.* ʒj.

*Inciſa & contuſa inſuantur Nodulo ex ſyndone rubro, affunde Vini albi veteris* Mj. *Aquæ fontanæ* Mß. *ſtent per noctem, hinc quotidie mane Cyathus*

℥v. vel vj. *hauriatur pro doſi, & horæ ſpatio poſt ſemper Juſculum ſumatur.*

Vel ℞. *Radic. Apii*
*Fœnicul. ana* ʒiiß.
*Galang.*
*Zedoar. ana* ʒj.
*Herb. Meliſſ.*
*Puleg.*
*Serpill. ana* Miß.
*Flor. Anthos,*
*Calendul. ana P.* ij.
*Croci* ʒj.
*Scoriar. Ferr.* ℥iß.
*Fol. Sen. mundat.* ℥j.
*Rhabarb. elect.*
*Fibr. Rad. Helleb. n. ana* ʒiß.
*Cinam. opt.* ℈iiij.
*Salis Cent. min.* ℈ij.
*Semin. Fœnic.* ʒiß.

*Inc. & contuſ. inſuantur Nodulo ex ſyndone albâ, affunde Vini & Aquæ ut ſupra, & ſimili quoq; modo in uſum voca.*

*Euporiſton* Muliercularum noſtrarum ad ciendos Menſes ſequens eſt:

℞. *Scoriarum Ferr.* ℥j.
*Radic. Galang.* ʒiij.
*Bacc. Laur.* ℥ß.
*Cinam. opt.* ʒiß.
*Croc. orient.* ℈ij.

*Inc. & cont. inſuantur Nodulo, cui affunde Vini albi veteris* ℔ij. *ac inde ſingulis Menſis primus hauſtus bibatur.* Quibus Alvus ſegnior eſt, iis adhuc aliquid de *Rhabarbaro v. gr.* ʒj. vel ʒij. *ad* ℥ß cum ℈ij. *Salis Abſynthii* admiſceatur.

§. 6. Quæ verò Mulierculæ Remedia ſicca magis

gis deſiderant, iis vel *Pulveres*, vel *Boli* ſequentem n modum parari poſſunt, v. gr.

℞. *Trochiſc. de Myrrh.* ʒiß.
*Caſſ. lign. ver.* ʒj.
*Croc. orient.* ℈j.
*Extract. Caſtor. gr.* iij.
*Ol. Puleg. deſtill. gtt.* ij.

*M. F. Pulv. ſubt.* Cujus doſis à ℈j ad ʒß. m. ac v. inſtante Menſium tempore ſumatur.

Vel ℞. *Diaphor. mart.* ℥ß.
*Fæcul. Bryon.*
*Cinam. acut. ana* ʒj.

*M. F. Pulv. ſubt. in* xvj. *doſ. æq. divid. m. ac v.* cum *Syrupo Cinam.* & *Aqu. Florum Tiliæ* ſumendos; Corpus per horæ ſpatium inde ſemper moderatè exercendo.

Vel ℞. *Fæcul. Bryon.*
*Aron. ana* ʒj.
*Croc. Mart. aperit.*
*Ocul. 69. ppt. ana* ℈iiij.
*Caſſ. Lign. ver.*
*Croc. orient. ana* ʒß.
*Borac. Venet.* ℈j.

*M. F. pulv. ſubt. cujus* ʒß. *m. ac v.* cum *Aquâ Liliorum alborum* & *Cinamomi* capiatur.

Vel ℞. *Diaphor. jovial.*
*Ebor. ppt. ana* ℈iiij.
*Cinam. opt.* ℈ij.
*Macis.*
*Pulv. fol. Sabin.*
*Croc. orient. ana* ℈j.
*Sacch. penid.* ʒii℈j.

*M. F. Pulv. ſubt. in* x. *doſ. æq. divid. ad chart.* Sumantur ut ſuprà.

Vel ℞. *Antimonii diaphor.* ʒj.

*Teſticul. equin. ppt.*
*Borac. Venet. ana* ʒß.
*Caſſ. Lign. ver.* ℈j.
*Radic. Zedoar.*
*Croc. orient. ana* ℈ß.
*Sacch. cand. alb.* ℈ij.

*M. F. Pulv. ſubt. in* viij. *doſ. æq. divid. ad ch.* De quibus m. ac v. una capiatur.

Vel ℞. *Diaphor. mart.* ℥ß.
*Flor. Salis arm. hæmatit.*
*Trohiſc. de Myrrh. ana* ʒj.
*Caſſ. lign. ver.* ʒß.
*Extract. Caſtor. gr.* iiij.
*Ol. Cinam. deſtill. gtt.* iij.
*Syr. de Artemiſ. q. ſ.*

*M. F. Pilulæ gr.* ij. *pondere, conſperſæ pulvere Cinamomi d. ad ſcat.* Inde mane ac veſperi viij. vel x. cum *Aquâ Meliſſæ* & *Cinamom.* capiantur.

Vel ℞. *Pulv. cachect. Quercet.* ℥j.
*Caſſ. Lign. ver.*
*Diaph. martial. ana* ʒij.
*Sacch. cand. alb.* ℥ß.

*M. F. Pulv. ſubt. d. ad ſcat.* ſumatur m. ac v. ʒj.

Vel ℞. *Conſerv. Betonic.* ℥j.
*Cochlear.*
*flor. Cent. min. ana* ʒß.
*Diaphor. martial.* ʒj.
*Cortic. Winteran.*
*Pulv. fol. Sabin. ana* ʒß.
*Croc. orient.* ℈j.
*Nuc. Indic. condit.* ʒj.
*Syr. de Cinam. q. ſ.*

*F. Mixt. ad formam Opiatæ,* de qua mane, ſub veſperam, & noctu capiatur Nucis avellanæ majoris quantitas.

§. 7. Sunt

§. 7. Sunt Fœminæ, quæ *Eſſentiis*, *Tincturis*, aut *Elixiriis* magis delectantur; iis ergo ſequentes formulæ ordinabuntur, v. gr.

℞. *Elix. uterin. Croll.* ℥ß.
*Eſſent. Succin.* ʒj.
*Aq. Meliſſ.* ℥ij.
*M. ad Vitr.* ac inde m. ac v. ij. vel iij. cochlearia pro doſi capiantur.

Vel ℞. *Aq. Puleg.*
*Veronic.*
*Artemiſ. ana* ℥j.
*Syrup. de* 5. *radic.* ʒvj.
*Aq. Vit. Mulier.* ℥ß.
*Elix. uterin. Rolfinc. vel*
*Mœb.* ʒiij.
*Eſſent. carmin.* ʒj.
*Rotul. Man. Chr. ſimpl.* ʒij.
*M. ad Vitr.* Capiatur per cochlearia, ut ſuprà.

℞. *Aq. Marrub. alb.*
*Roriſmarin. ana* ℥j.
*hyſteric. Ludovic.* ℥ß.
*Balſ. Embryon.* ʒvj.
*Eſſent. Zedoar.* ʒß.
*Syr. Violar.* ʒvj.
*M. ad Vitr.* Uſus ut ſuprà.

Vel ℞. *Aq. Meliſſ.*
*Veronic.*
*Lil. alb. ana* ℥j.
*Syr. aperit.* ʒvj.
*de Cinam.* ʒiij.
*Tinct. Caſtor. cum Spir. Sal. arm. par.* ℈ij.
*Eſſent. Succin.*
*Croc. ana* ℈j.
*M. ad Vitr.* Sumantur m. ac v. cochlearia duo plena.

Vel ℞. *Spir. Salis arm. urinoſ.* ℨiß.
*Volat. C. C.* ℨß.
*M. ad Vitr.* Dentur xv. gtt. pro doſi.

Vel ℞. *Spir. Salis arm. aniſat.*
*Tinct. Succini ana* ℨj.
*Eſſent. Caſtor.*
*Aqu. Cinam. ana* ℨß.
*M. ad Vitr. Doſis* xx. *ad* x. *gtt. m. ac v.*

Vel ℞. *Spir. volat. oleoſ. Sylv. aut Michael.* ℨij.
*Eſſent. Myrrh.*
*Succin. ana* ℨß.
*Croc.* ℈j.
*M. ad Vitr.* Doſis ut ſuprà.

Vel ℞. *Tinct. Mart. aperitiv.* ℨij.
*Antimon.*
*Eſſent. carminat. ana* ℨj.
*Caſtor.*
*Zedoar. ana* ℨß.
*M. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xx. *gtt. m. ac v. cum convenienti vehiculo.*

*Emenagoga pro Bilioſis.*

§. 8. In *Bilioſis* naturis quandoque ad fluxum Menſium procurandum, nil magis convenire notamus, quàm *Acidularum* inprimis *Sualbacenſium, Spadanarum*, aliarumve potum, ſi *Balnei* alicujus *Mineralis* non adeo *ſulphurei* uſus ſuper accedat. In *Pituitoſis* verò, aliisque Complexionibus ab *Acidulis* eſt ſibi cavendum, & potius *Thermæ ſulphureæ* in uſum trahenda, non neglectis tamen internis convenientibus Medicamentis.

*Remedia nimium fluxum ſiſtentia.*

§. 9. Remedia *Menſium*, vel etiam *Lochiorum nimium Fluxum ſiſtentia* ſimiliter & *interna* ſunt & *externa*. Ad *externa* præter *Unguentum de Comitiſſâ* lumbis atque pubis regioni applicandum, referre etiam

etiam licet *Venæſectiones*, *Cucurbitulas* cum *Scarificatione*, *Artuum ligaturas*, *Corporis denudationes*, *Hæmatitis Lapidis*, *Chalybis*, *Cryſtalli*, aliusve rei frigidæ intra volas manuum prehenſiones, *Cataplaſmatis* ex *Bolo Armenâ*, *Terrâ ſigillatâ* ac *farinâ volatili* cum *Aceto facti*, ac frigidi in Pubis regione applicationem, & ſi quæſunt alia.

§. 10. *Interna* ſiſtentia ex *Adſtringentium* Tabulâ peti poſſunt, ſed ea tamen inde ſeligi debent, quæ vel Utero adhuc ſpecificè ſunt dicata, vel ſaltem eidem non adverſa, quemadmodum credimus eſſe *Radices Caryophyllatæ*, *Biſtortæ*, *Tormentillæ*, *Conſolidæ majoris*, *Plantaginis*, *Millefolii*, *Cortices Granatorum*, *Tamaricis*, *Herbas Saniculæ*, *Pyrolæ*, *Plantaginis*, *Auriculæ muris*, *Folia Pyri arboris* & *Quercûs*, *Polygoni*, *Equiſeti*, *Myrti*, *Cupreſſi*, *Flores Cichor. alb. Sanicul. Salviæ ſylv. Balauſtiorum*, *Roſarum albar. & rubrarum*, *Semina Plantaginis*, 4. *frigida majora*, *Papaveris*, *Amygdalæ dulces*, *Pineæ*, ac *Piſtacia*, *Muſcus globoſus Cynoſbati pulveriſatus*, C. C. *uſtum*, *Putamina Ovorum calcinata* & *pulveriſata*, *Ichtyocolla*, *Unicornu foſſile*, *Corallia rubra* vel *alba ppta*, *Mater Perlarum ppta*, *Lapis Hœmatites pptus*, *Bolus Armena*, *Terra ſigillata*, *Lemnia*, *Catechu*, ſive *Japonica*, *Vitriolum Martis*, *Hypociſtis*, *Sanguis Draconis*, *Crocus Mart. adſtringens*, *Aquæ Plantarum* ſuprà dictarum, ut *Aqua Lactucæ*, *Burſæ Paſt. Endiviæ*, *Urticæ*, *Nymphææ*, *Portulacæ*, *teneriorum Quercûs*; *Syrupi Cydoniorum*, *Myrtin. Berberum*, *Rubi idæi*, *Ribium*, *de Nymphæâ*, *Ceraſ. acid. de Agreſtâ*, *Limon. Plantagine*, *de Roſis ſiccis*; *Conſerva flor. Tunic. Cichor. alb. Hormini*, *Roſarum rubrarum*, *Violarum*, *Foliorum Myrt. Plantag. Burſ. paſt. Extractum Tamaricis*, *Lacchalybeatum*, *Eſſent. Catechu*, *Tincturæ ſtypticæ*, & id genus; E quibus

ſequentes

ſequentes vel ſimiles Formulæ concinnari & ordinari poterunt: v. gr.

℞. *Aq. Plantag.* ℥iß.
*Tormentill.*
*Polygon. ana* ℥j.
*Syr. Cydonior.*
*Myrtin. ana.* ℥ß.
*Corall. rubr. ppt.*
*Lapid. Hæmatit. ppt. ana* ʒß.
*Sang. Dracon. ver.* ℈j.

*M. ad Vitr.* Sumatur duobus hauſtibus ſpatio trium aut ſex horarum.

Vel ℞. *Aq. fol. Quercûs.*
*Endiv.*
*Burſ. Paſtor. ana* ℥iß.
*Syr. Ribium.*
*Corallor. ana* ℥ß.
*Unicorn. foſſil.*
*Bol. Armen. ppt.* vel
*Terræ ſigillat. ana* ℈iß.
*Eſſent. Opii liquid. gtt.* xii.

*M. ad Vitr.* Sumatur viii. horarum ſpatio integrè.

℞. *Conſerv. Roſ. rubr.*
*Plantag. ana* ℥j.
*Conditur. Nuc. moſcat.* ʒiij.
*Cynoſbat.* ʒij.
*Confect. Hyacinth. incompl.* ʒij.
*C. C. uſti,*
*Matr. Perl. ppt.*
*Croc. Mart. adſtring. ana* ʒß.
*Syr. Plantag. q. ſ.*

*F. Mixt. ad formam Opiatæ.* De quâ ſæpiùs Nuciſtæ magnitudo capiatur.

℞. *Con-*

Vel ℞. *Conſerv. flor. Borrag.*
*Violar. ana* ʒvj.
*Conditur. Cynoſbat.*
*Cydon. ana* ℥ij.
*Terr. Lemn. ppt.*
*Diaphor. mart. ana* ʒj.
*Eſſent. Catech.* ℈ij.
*Syr. flor. Tunic. q. ſ.*
*M. F. Electuar.* D. ad Oll. Uſurpetur doſi Nuciſtæ magnitudinis ſæpius.

Vel ℞. *Amygdal. dulc. rec. excort.* ℥ß.
*Semin. Melon.*
*Cucurbit.*
*Lactuc.*
*Papav. alb. ana* ʒiß.
*Aq. Polygon.* ℥iiij.
*Burſ. paſtor.*
*Plantag. ana* ℥ij.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*
*Unicorn. foſſil.*
*C. C. uſt. ana* ʒj.
*Sacch. roſat.* ℥ß.
*M. ad Vitr.* Hauriatur ſpatio x. horarum per plures hauſtulos.

Vel ℞. *Amygd. dulc. rec. excort.* ʒvj.
*Semin. Cucum.*
*Pepon. ana* ʒij.
*Aqu. Plantag.*
*Torment.*
*Borrag. ana* ℥ij.
*Aqu. tener. fol. Querc.*
*cardiac. officin. ana* ℥iß.
*F. l. a. Emulſio,* cui adde
*Syr. de Nymph.* ℥ß.
*Ebor. uſt. ppt.*

*Matr.*

*Matr. Perl. ppt. ana* ℈ij.
*Antimon. diaphor.*
*Ocul.* 69. *ppt. ana* ℈j.

*M. ad Vitr. pro* iij. *doſibus ſpatio* xij. *horarum ſumendis.*

Vel ℞. *Bol. Armen. ppt.*
*Muſc. Cynoſbat. ana* ʒj.

*M. f. Pulv. ſubt. in* iij. *doſ. æq. dividend. & cum Aquâ Plantaginis ſingulis* 4. *horis illarum una ſumenda.*

Vel ℞. *Terræ ſigillat.*
*Flor. Balauſt.*
*Unicorn. foſſil. ana* ʒj.
*Succ. Catech.* ℈j.
*Sacch. cand. alb.* ʒiß.

*M. F. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æq. divid. ad chart. & ſumendas ut ſupra.*

Vel ℞. *Pulv. radic. Torment.* ʒj.
*Biſtort.*
*Malicor.*
*Croc. Mart. adſtring.*
*Lapid. Hæmapit. ppt. ana* ʒß.
*Nuc. moſcat.* ℈ß.
*Sacch. penid.* ʒiij.

*M. f. Pulvis detur ad ſcat.* Ac inde ſingulis tribus horis ſumantur ℈ij. cum Liquore convenienti.

Vel ℞. *Bol. Armen. ppt.*
*Unicorn. foſſil.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Sang. Dracon. ver. ana* ʒß.
*Laudan. opiat. gr.* ij.

*M. F. Pulv. ſubt. in* iiij. *doſ. æq. ſingulis* vj. *horis exhibendas.*

Vel ℞. *Tinct. Mart. adſtring.* ʒij.

*D. ad Vitr. doſis gtt.* xij. *ad* xv. *cum Aq. flor. Acac. ſumendæ.*

Vel

Vel ℞. *Tinct. Corallor.* ʒiiß.
*Mart. adſtring* ʒß.
*M. ad Vitr.* Doſis ut ſuprà.
Vel ℞. *Tinct. Corallor.* ʒijj
*Lapid. Hæmatit. ſtypt.* ℈ij.
*Eſſent. Catech.* ℈j.
*M. ad Vitr.* Doſis ut ſuprà.
Vel ℞. *Tinct. antiphthiſic.* ʒiij.
*D. ad Vitr. Doſis à gtt.* xv. ad xx.
Vel ℞. *Eſſent. traumatic.* ʒiiß.
*Tinct. Mart. adſtring.* ʒj.
*M. ad Vitr. Doſis à gtt.* xx. *ad* xxv.
Vel ℞. *Tinct. Mart. cydoniat.* ʒiiß.
*Corallor.* ʒj.
*M. ad Vitr. Doſis à gtt.* xv. *ad* xx.

§. 11. Ad Uterina Remedia porrò referuntur, quæ *Fœtum* in Utero exiſtentem *corroborant*, atque Matricis texturam ſive tonum fibrarum, pro eodem ad juſtum tempus retinendo & fovendo, confortant: quemadmodum exiſtunt, quæ balſamico-volatilibus blandis particulis debitam ſanguinis ſpirituoſitatem & craſin conſervant, quæque leniter adſtringentibus particulis ſuis nimiam fibrarum uterinarum laxitatem emendant, iisque firmitudinem neceſſariam conciliant; quæ tandem ſanguinis nimiam acrimoniam oleoſo-volatilem facileque turgeſcentem edulcorant, diluunt aut præcipitant. Hinc ad *Abortum præcavendum* è tali materiâ ſequentes commendare ſolemus formulas:

℞. *Elix. uterin. Rolfinc.* ℥j.
*Aq. Borragin.* ℥iß.
*Syr. Corallor.* ℥ß.
*Eſſent. Aſæ fœtid.* ʒj.

*M. ad Vitr.* Ac inde m. ac v. cochleare unum aut alterum ſumatur.

Vel

Vel ℞. *Balſam. Embryon.* ℥j.
*Aq. flor. Acac.* ℥iß.
*Plantag.* ʒvj.
*Elix. uterin. Mich.* ℥ß.
*Tinct. Corallor.* ʒß.
*M. ad Vitr.* Et quotidie hinc duo cochlearia capiantur.

Vel ℞. *Aq. flor. Acac.*
*Plantag.*
*Meliſſ.*
*Fœnicul. ana* ʒvj.
*Syr. Cydonior.*
*Corallor. ana* ℥ß.
*Balſ. Embryon.* ʒvj.
*Unicorn. foſſil.*
*Ebor. ppt. ana* ʒß.
*Ol. Nuciſt. expr. gr.* vj.
*Sacch. penid.* ʒiß.
M. *ad Vitr.* Sumatur ſubinde per cochlearia.

Vel ℞. *Aqu. cardiac. officin.*
*Burſ. paſtor.*
*Lactuc. ana* ℥j.
*Cinam. cydoniat.* ℥ß.
*Syr. Rub. idæi* ʒvj.
*Elix. uterin. Croll.* ʒiij.
*Diaphor. martial.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Matr. Perl. ppt. ana* ℈j.
*Rot. Man. Chr. ſimpl.* ʒij.
*M. ad Vitr.* Detur cochleatim.

Vel ℞. *Conſerv. Roſ. rubr.*
*Bugloſſ. ana* ℥j.
*Nuc. moſch. condit.* ʒij.
*Confect. Hyacinth.* ʒiß.

*Bol.*

*Bol. Armen. ppt.*
*C. C. ph. ppt.*
*Succin. alb. ppt. ana* ℈j.
*Syr. flor. Tunic. q. ſ.*

*M. F. Electuar. doſi nuciſtæ magnitudinis ter vel quater indies ſumendum.*

Vel ℞. *Conſerv. flor. Borrag.*
*Roſar. rubr.*
*Anth. ana* ℥ß.
*Condit. Nuc. moſch.* ʒij.
*Cortic. Citr.* ʒiß.
*Confect. Alkerm. incompl.* ℈ij.
*Diaphor. jovial.*
*Unicorn. foſſil.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Ebor. ppt. ana* ℈j.
*Syr. de Plantag. q. ſ.*

*F. Mixtura ad formam Opiatæ*, capiendæ ut ſuprà.

Vel ℞. *Spec. dianth.*
*diatrion ſantal. ana* ʒj.
*Ocul. 69. ppt.*
*Matr. Perl. ppt.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Diaphor. martial. ana* ʒß.
*Sacch. albiſſ.* ℥iß.

*M. F. Trag. ſubt. cochleatim ſubinde cum fruſto Panis toſto ac Vino macerato capienda.*

§. 12. *Bilioſo ſanguineis* complexionibus præter *Venæſectionem* reiteratam, *Acidularum* potus convenit. Neque enim adeo ab hoc potu ſibi metuendum, quemadmodum nonnulli tradiderunt, quippe plurimis exemplis contrarium teſtantibus. *Pro bilioſo-ſanguineis.*

§. 13. Denique his ſubnectenda ſunt *antihyſterica* Remedia, quæ in ſpecie *Paſſionibus hyſtericis*,

*ſpaſmodicis*, ſive *uterinis Suffocationibus* ita dictis mederi, easque profligare apta nata ſunt; quemadmodum ex ſuprà deſcriptâ materiâ ſpecificè heic quadrant *Aquæ deſtillatæ* ſimplices *Matricariæ*, *Menthæ*, *Pulegii*, *Meliſſ*. *Aneth*. *Abroton*. *Marrub*. *alb*. *Fœnicul*. *Leviſtici*, &c. & compoſitæ, v. gr. *Aqua apoplectica amara*, *hyſteric*. *Danj*. *Ludovici*, *Amſtelodamens*. *Zwelferi*, *Burneti*, *Timæi à Guld*. *Sennerti*, *Mynſichti*, *Poterii*, *Crollii*, *de Spinâ*, *Aqua Vitæ Mulierum cum Caſtor*. *Balſamus Embryon*. *Elixir uterinum Crollii*, *Rolfincii*, *Mœbii*, *Wedelii*, *propr*. *Claud*. *Eſſentiæ Succini*, *Caſtorei*, *Aſæ fœtid*. *Myrrh*. *Cortic*. *Aurantior*. *Tinctura Caſtor*. *cum Spiritu Salis arm*. *par*. *Liquor C*. *C*. *ſuccinatus*. *Spiritus theriacalis camphoratus & crocatus*, *Cerotum de Galbano*, *Emplaſtrum de Tacamachac*. *Abdomini imponendum*, Olea *Anethi*, *Abſynth*. *Menth*. *Abroton*. *Jovis*, *Momordic*. *Keiri*, *Laurinum*, Olea item deſtillata *Succini*, *Corn*. *Cerv*. *fœt*. *Oleum Tart*. *fœtid*. *Chamomill*. *Abſynth*. *Rutæ*, *Lavendul*. *Axungia Caſtorei*, *Vulpis*, *Caſtoreum*, *Teſticuli Vulpis*, *Aſa fœtida*, *indeque formata Pila pro Naribus*, Extracta *Caſtorei*, *Croci*, *Abſynthii*, *Splenis Bovis*, *Marrubii albi*, *Laudanum hyſteric*. *Pilulæ de Succino*, *de Caſtoreo*, *Aſâ fœtidâ*, *Salia volatilia C*. *Cerv*. *Eboris*, *Cornu bovini* &c. ad nares, *Suffumigia ex Succin*. *Thure*, *Myrrh*. *Pennis Perdicum*, *Corio antiquo*, *Capillis Capitis*, *Axungia Caſtorei*, *Vulpis*, &c. Formulis utimur ſequentibus, aut ſimilibus.

℞. *Aqu*. *Pulegii*
*Meliſſ*.
*Card*. *bened*. *ana* ℥j.
*Syrup*. *de Abſynth*. ʒvj.
*Eſſent*. *Caſtor*. ʒß.
*Elix*. *Menth*. *vel Meliſſ*. ℈ß.
*M*. *ad Vitr*. Sumatur cochleatim ſæpius.

Vel

Vel ℞. *Aqu. Menth. Matricar.*
*Fœnic. Leviſt. ana* ℥vj.
*Elect. Diaſcord. Frac.* ʒj.
*Tinct. Caſt.cum Spir. Sal. arm. par.* ℈j.
*Elix. propr. Claud* ℈ij.
*Syrup. de Stœchad.* ℥j.
*Miſc. d. ad Vitr.* Hauriatur per cochlearia.

Vel ℞. *Aqu. Aneth. Abrot.*
*Artemiſ. Chamomill.*
*Marrub.*
*Syrup. byzantin. ana* ℥vj.
*Ol. ſtillat. Cumin. gutt.* iv.
*Succin. gutt.* iij.
*Sacch. penid.* ʒij.
*Miſc. d. ad Vitr.* Sumatur cochleatim.

Vel ℞. *Aqu. Borrag.* ℥ij.
*Fœnic.* ℥j.
*Vitæ Mulier cum Caſtor.* ℥vj.
*Extract. Splen. Bov.*
*Croc. ana* ℈j.
*Sacch. cand. alb.* ʒij.
*M. ad Vitr.* Sumatur cochleatim in paroxyſmo hyſterico.

Vel ℞. *Extract. Abſynth.*
*Laudan. hyſteric. ana* ℈j.
*Cum Ol. ſtill. Carv. f. Pilulæ numer.* xx. *Inaur. d. ad ſcat.* Sumantur quinque pro doſi ſingulis tribus vel quatuor horis.

Vel ℞. *Eſſent. Succin.* ʒiß.
*Caſtor.* ʒj.
*M. ad Vitr.* Doſis 12. ad 18. pluresve guttas, ſingulis trihoriis cum Aquâ Card. bened. ſumend.

Vel ℞. *Eſſent. Artemiſ.*
*Abſynth. ana* ʒj.

(R) 2 *Elix.*

*Elix. propr. Claud.* ℈ij.

*Miſc. d. ad Vitr.* Doſis quotidie aliquoties guttæ 15. ad 20. cum Mixturâ Aquarum congruâ.

Vel ℞. *Spirit. theriacal. aut*
*Vini camphor.* ℥j.
*Aqu. Ulmar.*
*Meliſſ. ana* ℥iß.
*Eſſent. Croc.* ʒj.
*Sacch. penid.* ℥ß.
*Miſc. detur ad Vitr.* Sumatur cochleatim.

# CAPUT XXX.

## *De Medicamentis Antarthriticis.*

§. 1.

*Definitio.*

A*ntarthritica, Arthritica* vel *Articularia* Remedia dicimus ea, quæ motum Articulorum abolitum vel imminutum, difficilem, ac doloroſum redditum, priſtinæ libertati reſtituere valent. Cùm verò motus in Articulis præſtetur ope tendinum ac muſculorum, certo fibrarum nervearum tono gaudentium, ſpirituumque nunc parciore nunc copioſiore influxu expanſorum, conſequens eſt, motum eundem facilè hebetari, quandocunque materia quædam aut humor acris, intra tendinum fibras collectus, vel rodendo tubulorum contractionem ſimulque dolorem efficit, vel comprimendo, ſpirituum animalium influxum ſufficientem ſive debitum impedit.

*Materia antarthriticorum.*

§. 2. Materia itaque Medicamentorum *Antarthriticorum* unicè propemodum è Tabulâ *Cephalicorum, Nervinorum & Antiſcorbuticorum*, erit petenda, indeque præcipuè ſeligenda ea, quæ blando ſale volatili balſamico Maſſam ſanguineam (in arthri-

arthriticis Affectibus admodum viſcoſam & glutinoſam, fixisque tartareis Salibus nimiopere imprægnatam ) volatiliorem ac ad Circulationem aptiorem reddere, Spiritibusque animalibus priſtinum vigorem reſtituere valent. Quemadmodum credimus eſſe *Radices Apii, Angelicæ, Vincetoxici, Petaſitidis, Fœniculi, Aſparagi, Petroſelini, Ariſtolochiæ, Allii, Ceparum, Scyllæ, Aronis, Raphani ruſtic. Gentianæ, Sarſæparill. Chinæ, Carlinæ, Fraxinell. Caryophyllatæ, Ligna Quajaci, Juniperi, Saſſafras, Herbas antiſcorbuticas omnes,* ut & *Origani, Serpilli, Salviæ, Beton. Ocymi, Anethi, Abrotani, Sideritid. Calaminth. Pulegii, Pimpinell. Roriſmarini, Majoranæ, Flores Anthos, Betonicæ, Paralyſeos, Summitates Chamædreos, Chamæpyteos, Folia Thée, Strobilos Pini, Baccas Lauri, Juniperi, Lumbricos terreſtres pptos, Millepedes pptos, Fimum equinum,* ejuſque *deſtillatum* aut *Infuſum, Spiritum Cochleariæ genuinum,* ac reliquos omnes *volatiles, urinoſos, Tinctur. Antimonii, Spiritum Radicis Gentianæ majoris, Eſſentias Beton. Succin. Trifolii fibrini, Chamædryos, Lignorum, Strobilorum Pini.* Quibus etiam *Lac bubulum, caprillorum, aſininum,* diutiſſimè potum, *Pulveres alcalinos* addere licet, qui ex minerali ac animali Regno peti poſſunt, Formulæ ſequentes vel ſimiles eſſe ſolent.

℞. *Radic. 5. aperient.*
*Lign. Saſſafr.*
*Cortic. Lign. Guajac. ana* ℥vj.
*Fol. Betonic.*
*Chamædr. ana* Mj.
*Sem. Fœnic.*
*Bacc. Juniper. ana* ℥j.

*Inciſa & contuſa coque per horam integram in vaſe clauſo, affuſis Aquæ fontanæ* Mij. de Colatura m. ac veſper. Cyathus integer exhauriatur.

Vel ℞. *Radic. Chinæ* ℥vj.
*Fœnic.* ʒiij
*Salſæpar.* ʒj.
*Herb. Origan.*
*Serpill.*
*Chamæpyth. ana* Mß.
*Sem. Fœnic.*
*Aniſ. ana* ʒiß.
*Antimonii crud.* ℥j. *in petiâ ligat.*

*Inciſa & contuſa coque in vaſe clauſo per horam, de Colaturâ m. ac v. hauriantur* ℥vj.

Vel ℞. *Herb. Cochlear. Beccabung.*
*Naſturt. Fumar.*
*Cherefol. ana rec.* Mvj.
*Fim. Caballi avenâ probè nutriti bolos* xx.

*Inciſa invicem atque cyatho Aquæ & Vini perfuſa, deſtilla in* MB. *Hujus deſtillati Liquoris* ℥ij. *vel* iij. *m. ac v. hauriantur.*

Quòd ſi *Infuſum* ceu efficacius, ſed graveolens magis placeat, tunc m. ac v. *ſumantur Fimi caballini boli* iij. *vel* iiij. *affundantur Aquæ florum* Acaciarum *& Fœniculi ana* ℥ij. *Stent tecta in loco calido per horam poſtea expreſſus liquor tantillo Aquæ Cinamomi gratior redditus pro doſi exhibeatur.* Vel *Pulveris* formâ.

℞. *Cryſtall. alb. ppt.*
*C. C. pph. ppt.*
*Diaphor. martial.*
*Lumbric. terreſtr. ppt.*
*Salis volatilis Fuligin. ana* ʒiß.
*Milleped. ppt.*
*Fœcul. Aron. ana* ʒj.
*Cinnab. Antimon. opt.* ℈ij.
*Nuc. moſchat.* ℈j.
*Sacch. cand. alb.* ℥j.

*M. f.*

*M. F. Pulv. ſubt. cujus* ℈ij. *mane ac veſp. capiantur pro doſi.*

Vel ℞. *Conſerv. Betonic.*
*Anthos.*
*Cochlear. ana* ℥ß.
*Confect. Alkerm. compl.* ʒj.
*Nuc. indic. condit.* ʒij.
*Succin. alb. ppt.*
*Bezoard. miner.*
*Lumbric. terreſtr. ppt. ana* ℈ij.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℈j.
*Syr. flor. Tunic. q. ſ.*

*M. F. Elect. de quo ſingulis* vj. *horis Nuciſtæ magnitudo capiatur.*

Vel ℞. *Extract. Trifol. fibr.*
*Betonic. ana* ʒj.
*Diaphor. jovial.*
*Succin. alb. ppt.*
*Milleped. ppt.*
*Cinnabar. nativ. opt. ana* ʒß.
*Salis volat. C. C.* ℈ij.

*Cum Oleo deſtill. Juniperi* vel *Syrupo Betonicæ F. Pilulæ gr.* ij. *magnitudine, de quibus m. ac. v.* vj. *vel* viij. *pro doſi ſumantur.*

Vel ℞. *Tinct. Antimon.* ʒij.
*Caſtor. cum Spir. Sal. arm. parat.*
*Eſſent. Succin. ana* ʒß.
*Opii liquid.* ℈j.

*M. ad Vitr.* m. ac v. xv. vel xx. gtt. capiantur.

Vel ℞. *Spiritus Cochlear.*
*Salis armon. urin. ana* ʒiß.

*M. ad Vitr.* Doſis xiij. vel xv. gtt. m. ac v.

Vel ℞. *Spiritus è Radice Gentianæ majoris luteæ recentis inciſâ tenuiſſimè contuſâ, & per ſe ſine ullius rei additione fermen-*

*fermentatâ* (*quod intra menſis ſpatium contingere ſolet*) *deſtillati* ℔iß.

*Detur ad Vitr.* Doſis quotidie mane cochleare unum vel duo per longum tempus, per ſe, aut cum unciis aliquot *Aquæ deſtill. Borrag. Bugloſſ. Cardui Mar. Scabioſ. Ulmar. Endiv. Naſturtii.* Vel cum hauſtu ſolius *Aquæ deſtill. Galegæ*, ad uncias tres vel quatuor, addito *Cochleari pleno Syrupi ejuſdem Galegæ florum.*

Vel ℞. *Eſſent. Strobil. Plini* ℥vj.
*Succin.* ℥ij.
*Lignor.* ℥ß.

*Miſc. detur ad Vitr.* Doſis mane ac veſperi horâ quintâ guttæ 20. ad 30. cum vehiculo congruo.

# CAPUT XXXI.

## *De Remediis Præparantibus & Digerentibus.*

§. I.

*Præparantia antiquiſſimis temporibus uſitata*

JAm in primâ dogmaticæ Medicinæ Scholâ id obtinuit Axioma; crudos non eſſe purgandos humores, ſed eos prius digeſtos, & ad faciliorem ſecretionem præparatos. Iſtud neque hodierna Medicina negligere vel contemnere audet, ſæpiſſimè enim obſervatur, Purgantia vel nimis graviter Ægros tractare, ac in illis non raro Convulſiones excitare, aliquando etiam cum aliquâ Febri malignâ ſubſequente; vel etiam humores propter nimiam ſui viſciditatem purganti remedio minus obedire, inque corpore ſubſiſtere. Sæpiſſimè enim intra laticem humoroſum fixæ nimis, tenaces, acetoſæ, & immorigeræ particulæ exiſtunt, quæ præcipitationi, ab ipſo Purgante inſtituendæ, maximopere

nopere renituntur. Uſque adeo, ut inter *præpa-antia* ſive *digerentia* Remedia rectiſſimè recenſeantur ea, quæ vel tenacitatem & viſciditatem purgandi humoris priùs reſolvunt, vel ejuſdem acrimoniam, non ſolùm tormina acerba, ſed & moleſtiorem teneſmum excitaturam, corrigunt & avertunt. In hiſce enim duobus totam præparationis rationem conſiſtere nobis quidem veroſimile videtur.

§. 2. Hinc *materiam* præparationis ex *Abſorbentium, Incidentium* & *Aperientium* Tabulis conquirere oportebit, ubi quidem *Incidentia* viſciditatem reſolvent, *Aperientia* vias patulas reddent, *Abſorbentia* verò acrimoniam edulcorabunt. *Unde petantur digerentia.*

§. 3. Præparatio humorum purgandorum quandoque ad aliquot dies continuari poterit: interdum autem, prout in Febribus continuis & ardentibus, moram tam longam vix patiuntur, utpote in quibus caſibus ſubinde quoque ſine præmiſſo *præparante* aliquo *emeticum* citò exhibere neceſſe eſt. *Quomodo inſtituenda præparatio.*

§. 4. Ipſa quod attinet *præparantia* Remedia, ſequentibus ea formulis comprehenſa ob oculos ponimus, v. gr.

℞. *Radic. Apii*
*Scorzoner.*
*Aſparag. ana* ℥iij.
*Herb. Agrimon.*
*Veronic.*
*Cichor. ana* Mß.
*Summit. Abſynth.* pj.
*Semin. Dauc.* ʒiiß.
*Cremor. tart.* ℈ij.

*Inciſa & contuſa coque in ſ. q. Aq. fontanæ ad remanentiam* ℔ij. *de quibus m. ac v.* ℥vj. *pro doſi exhibeantur.*

(R) 5 Vel

Vel ℞: *Radic. Vincetox.*
*Ariſtol. rot. ana* ℥ß.
*Calam. aromat.* ʒij.
*Herb. Meliſſ.*
*Hepatic. nobil.*
*Scabioſ.*
*Betonic.*
*Anſerin.*
*Summit. Centaur. min. ana* Mß.
*Paſſul. maj. exacinat.* ℥j.
*Semin. Aniſ.* ʒj.

*Inciſa & contuſa miſceantur & inſuantur Nodulo ex ſyndone, cui affunde Vini albi veteris* ℔ij. *Aq. Endiv. & fontan ana* ℔j. Stent ſic infuſa, indeque mane ac veſperi Cyathus exhauriatur.

℞. *Radic. Gramin.*
*Carlin.*
*Cichor.*
*Rub. Tinct. ana* ʒij.
*Herb. Capill. Vener.*
*Fumar.*
*Cuſcut.*
*Ceterach.*
*Scolopendr.*
*Cochlear. rec. ana* Mß.
*Cortic. Cappar.* ʒiß.
*Cinamom. elect.*
*Semin. Fœnic. ana* ʒj.
*Salis Abſynth.* ℈ij.

*Inciſa & contuſa inſuantur Nodulo, cui affunde Vini albi veteris & Aquæ fontanæ ana part. æq.* m. ac veſperi dein exhauriatur Cyathus.

Vel ℞. *Cremor. Tart.* ʒj.

*D. ad Chart.* ac pridie purgationis ante Cœnam pro doſi capiatur.

Vel

Vel ℞. *Crem. Tart.* ʒß.
*Tartari vitriolat. gr.* xv.
*M. F. Pulv. d. ad chart.* Sumatur ut ſuprà.
Vel ℞. *Tartar. vitriol.* ℈j.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℈iß.
*M. F. Pulv. d. ad Ch. pro doſi.*
Vel ℞. *Antimonii diaphoret.*
*Cremor. Tart.*
*Salis Abſynth. ana* ℈j.
*M. F. Pulv. pro* ij. *doſibus, pridie purgationis* *mendis.*
Vel ℞. *Salis Abſynth.*
*Centaur. min.*
*Card. bened. ana* ℈ß.
*Cremor. Tart.* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt. in* ij. *doſes pridie purgationis* *nendas.*
Vel ℞. *Elixir. propriet. Parac.* ʒiß.
*D. ad Vitr.* Ante purgationis diem gtt. xx. vel x. ſemihorio ante prandium ac cœnam capiantur.
Vel ℞. *Elixir. propriet. Parac.* ʒj.
*Tinct. Antimonii* ʒß.
*M. ad Vitr.* Capiatur ut ſuprà.
Vel ℞. *Eſſent. Abſynth.*
*Cent. min. ana* ʒj.
*Zedoar.* ℈j.
*M. ad Vitr.* Sumatur ut ſuprà.
Vel ℞. *Elix. Vitriol. Mynſ.* ʒiß.
*Tinct. Corallor.*
*Mart. aperitiv. ana* ʒß.
*M. ad Vitr.* Uſus ut ſuprà.

Subinde tamen *Purgantia* & *Præparantia* ſimul *Infuſis*, *Apozematibus* ac *Vinis medicatis* præſcri- untur, quemadmodum id in Capite de Purgan- ous inter formulas fuſius patebit.

CAPUT

# CAPUT XXXII.

## *De Medicamentis Lenientibus.*

§. 1.

*Lenientia quid ſint?* LEnientia Remedia, aliàs *Laxantia*, *Eccoprotica*, *Hypagoga*, *Minorativa* aut *Benedicta* appellata, ſunt, quæ ſaburram humorum vitioſorum in Ventriculo aut Inteſtinis coacervatam, ſine humorum in corpore circulantium perturbatione per alvum placidè educunt. Hinc Medicamenta talia in omnibus Morbis ſine noxâ exhiberi tutò poſſunt, ubi vel Alvi adſtrictio id urget, vel ſordes primarum viarum copioſæ aliorum humorum efficaciam impediunt, vel alia ſymptomata & ſigna à fortioribus Purgantibus abſtinendum eſſe jubent.

*A lenioribus purgantibus parum differunt.* §. 2. Sic ergo *Lenientia* à *lenioribus Purgantibus*, quæ nimirum vim purgantem in mitiori gradu obtinent, non adeo diſtingui poſſunt aut debent, tantoque id minus, quòd inter *Minorativa* ſubinde occurrant, quæ delicatioris texturæ Homines etiam validè purgant. Ita novimus aliquando Feminam, quæ ab hauſtu ℥ij. *Olei Amygdalarum dulcium* plus quàm quinquagies ad ſanguinem uſque vomuit, & pluries quoque per alvum dejecit: Nec ignota alia Femina, quæ à *Syrupo Violarum ad* ℥ij. exhibito, non ſolùm frequenter & copioſè per alvum purgata fuit, ſed etiam ulterius præ inſignibus ventris torminibus in Convulſiones incidit, ſimileque etiam à *Syrupi Roſarum ſolutivi ſimplicis* exiguâ doſi, unius videl. unciæ, aliiſque lenientibus experta eſt.

§. 3. Materia *Lenientium* varia eſt, pro varietate principiorum & elementorum illa componentium. Sic alia ſunt *purè aquoſa* quæ vix aliis quàm aqueis parti-

articulis conſtant, quemadmodum eſt *Aqua fontana ſimplex* affatim & tepidè hauſta, ab illis præprimis Hominibus, qui ob defectum potûs excrementa craſſa ac lenta vel planè dura obtinent. Idem præſtant *Aquæ Lactucæ, Malvæ, Portulacæ, Violarum purp. Mercurial. Nymphææ, Parietariæ, Atriplicis*,&c. deſtillatæ, in quibus præter aqueum elementum vix quicquam reperire eſt, ſi excipias aliquales nitroſo-ſalinas, ſubtilesque particulas, quas & in *Aquâ fontanâ* reperire licet.

§. 4. Alia ſunt ex *aqueo elemento* plurimo & paucis *mineralibus ſalibus* compoſita, quemadmodum exiſtunt *Acidulæ, Thermæ, Aquæ ſalſulæ Rhæticæ, Acidulæ Egranæ Bohemicæ, Aquæ minerales Valenſes Gallicæ, Serum Lactis*, & *varia Salia*, v. gr. *Sal polychreſtum, Sal Anglicum*, aut quodvis aliud Aquâ ſolutum & propinatum. Huc etiam referendi ſunt *Succi Plantarum* quarundam, præprimis *naſturcinarum* aut *emollientium*, *v. gr. Sempervivi, Naſturtii, Beccabungæ, Cochleariæ, Atriplicis, Lactucæ, Portulacæ, Violarum, Malvæ, Mercurialis*, qui certè plurium unciarum doſi ad Alvi lenitionem, vel ſemel, vel aliquoties pro re natâ, hauriri poſſunt. *Aquea mineralia.*

§. 5. Alia *minorativa aqueo principio*, cum *mucilaginoſitate* quâdam leniter ſalino-ſulphurea juncto, gaudent, & talia ſunt *Oleracea* pleraque *alimentoſa*, nitroſo ſale inprægnata, verb. grat. *Spinachia, Beta, Braſſica, Blitum, Lactuca, Portulaca*. Quo referendi ſunt *Fructus* nonnulli, v.gr. *Mala armeniaca, perſica, Melones, Cucumeres, Cucurbitæ, Poma acida, Pruna varii generis*, &c. *Aqueo-mucilaginoſa.*

§. 6. Alia ſunt ſulphureo-aqueo- & tartareo ſimul elemento prædita, v. gr. *Vina à fœcibus nondum probè depurata, Muſtum, Mel bullitum* ſeu *Hydromel, Uvæ recentes* ſive *maturæ*, ſive non perfectè *Sulphureo-aquoſo tartarea.*

*maturæ*

*maturæ, Poma, Pruna, Ceraſa* qualiacunque copioſè comeſta.

*Oleoſa lenientia.*

§. 7. Alia tandem *oleoſo* maximè principio ſunt inſtructa, quemadmodum recenſentur *Oleum Amygdalarum dulcium, Olivarum, Lini, Butyrum, Lac,* & ſimilia *unctuſa* & *pinguia*, quæ partim unctuoſitate ſuâ Inteſtinorum canalem lubricant, ut fœculentam materiam non retineant; partim ſalinis in receſſu particulis fibras nerveas ad excretionem ſtimulant.

*Leni ſale purgante prædita.*

§. 8. Hiſce coronidis loco etiam addenda, quæ *Sal leniter acre* & *purgans* obtinent, ſtimulandi virtute Inteſtinorum meatum expediens, v. gr. *Decoctum Herbæ Malvæ, Mercurialis, Atriplicis, Infuſum folior. Senæ, Rhabarbari, Pulvis fol. Mercurialis, Senæ, Radicis Mechoacann. Syrupus Roſarum ſolutivus ſimplex, de Cich. cum Rh. Syrupus Florum Perſicorum, Acaciarum, Tamarindi, Caſſiæ pulpa, Manna, Animæ Rhabarbari, Aloë, Pilulæ aloëticæ Francofurtenſes,* ſimilesque ex *Aloë roſatâ* aut *violatâ* concinnatæ, & exiguâ doſi exhibitæ.

*Adſtringentia impropriè, vel per accidens alvum aperiunt.*

§. 9. Quod ſi verò Adſtringentibus v. gr. *Cydoniis, Pyris, Meſpilis, Pomis*, poſt paſtum ſumtis, eadem vis laxandi alvum attribuitur, impropriè admodum hoc fit, quoniam ſtyptica illa non niſi per accidens ad talem effectum contribuunt. Formulæ autem *Lenientium* poſſunt eſſe ſequentes:

℞. *Olei Amygd. dulc. rec. expr.* ℥ij.
*Sumatur cum Juſculo.*

Vel ℞. *Ol. Olivar. bon.* ℥iij. *aut*
*Lini* ℥iß.
*Capiatur cum Juſculo.*

Vel ℞. *Pilul. Francofurt. num.* vij. *ad* x.
*Sumantur ante Cœnam pro doſi. Ita Seri lactis caprilli* cyathus bonus hauriatur pro doſi.

Vel

Vel ℞. *Seri Lact. vaccin. q. ſ. in quo coque Succi Tamarind.* ʒvj. *vel* ℥j.
*Colatura pro doſi hauriatur.*
Vel ℞. *Syrup. Roſar. ſolut. ſimpl.*
*fl. Perſic. ana* ℥j.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Syrup. flor. Acac.* ℥iß.
*Perſic.* ℥ß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Pulp. Caſſ. rec. extr.* ℥ij.
*Aq. fontan. q. ſ.*
*Solve lento igne, Colaturæ refrigeratæ adde Aq. Cinam. opt.* ʒiiß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Mann. calabr. opt.* ℥ij.
*Aq. Cichor.*
*Plantag. ana q. ſ.*
*Super igne ſolve, Colaturæ adde*
*Julep. roſac.* ʒij.
*Aq. Cinam.* ʒj.
*M. F. Potio pro doſi.*
Vel ℞. *Paſſul. laxativ.* ʒvj. *ad* ℥j.
D. ad Oll. Sumantur pro doſi.
Vel ℞. *Flor. Acaciar.*
*Perſicor. ana* Mß.
*Semin. Aniſ.* ʒß.
*Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. Aq. font. Colaturæ* ℥iiij. *adde*
*Julep. roſac.* ʒiij.
*Aq. Cinam. bugloſſat.* ʒiß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Salis polychreſt.* ʒiij.
*Pulveriſatum ſolve in ſ. q. Juſculi vel Ptiſanæ,* potetur pro doſi.
Vel ℞. *Axung. porc.*

*Pingued.*

*Pingued. anſerin.*
*Ungt. de Arthanit. ana* ℨij.
*Muſcerdar.* ℨiß.
*M. F. Ungtum Umbilico inungendum.*

Vel ℞. *Sev. porc.* ℥j.
*Butyr. cum Aloë mixt.* ℥ß.
*Ol. Colocynthid.* ℨj.
*M. pro inungendâ Regione umbilicali.*

Vel ℞. *Decoct. Herb. emollient.*
*Salv. &*
*Meliſſ.* ℥vj.
*Elect. lenitiv. vel*
*Hier. picr. Logad. vel*
*catholic.* ℨvj.
*Ol. Olivar.*
*Lil. albor. ana* ℥ß.
*M. F. Clyſma pro doſi.*

Vel ℞. *Confect. Semin. Aniſ. laxativ.* ℥ß.
*Comedatur pro doſi.*

Vel ℞. *Herb. Malv.* Mj.
*Mercurial.*
*Parietar. ana* Mß.
*Sem. Fœnic.* ℨiß.
*Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. Aq. fontan. Colaturæ* ℥iij. *adde*
*Syrup. Roſar. ſolut. ſimpl.*
*Flor. Perſic. ana* ℨiij.
*Aq. Cinam. bugloſſat.* ℨij.
*M. F. potio pro doſi.*

Vel ℞. *Nitri Antimoniat. vel*
*Salis prunell. vel*
*Abſynth.* ℨj.
*Solve in ſ. q. Aq. fontan.* aut *Malv.* & hauriatur pro doſi.

Vel ℞. *Ungt. de Arthanit.*

*Butyr.*

*Butyr. ana* ℥j.
*M. ac Ventrem inunge.*
Vel ℞. *Ol. Olivar.*
*Juſcul. carnium. ana* ℥vij.
*M. F. Clyſter.*
Vel ℞. *Decoct. Herb. emollient.* ℔j.
*Mell. violac.*
*mercurial. ana* ℥ß.
*Ol. Lini* ℥iß.
*Nitri Antimoniat.* ʒß.
*M. F. Clyſter. tepidè injiciendus.*
Vel ℞. *Mirobalan. chebul.*
*emblic. ana* ʒij.
*Rhabarb. elect.* ʒj.
*Semin. Aniſ.*
*Cremor. Tartar. ana* ℈iiß.
*Inciſa & contuſa coque in ſ. q. Aq. font. Colat.* ℥iij. *vel* iiij. *bibatur pro doſi.*

---

# CAPUT XXXIII.

## *De Remediis Purgantibus.*

§. 1.

PURGANTIA ſive *Cathartica, generali* quidem vocis acceptione, ea deſignant Remedia, quæ quovis modo Maſſam ſanguineam, per has aut illas vias evacuando, depurant: *ſpeciali* autem ſignificatione indigitant Medicamenta per alvum & vomitum purgantia: *ſpecialiſſimâ* tandem & ſtrictiſſimâ acceptione illa tantùm, quæ per alvum excrementa ſordesque ſanguinis & humorum eliminant, ſignificant. *Quid purgantia ſint in genere?*

§. 2. *Cathartica* itaque Remedia hoc Capite tractanda ea appellamus, quæ non ſolùm primas *Cathartica ſpecialia.*

Inteſtinorum vias eluunt & extergunt, ſed ulterius in laticem humoroſum penetrando ibidem heterogeneorum corpuſculorum præcipitationem inſtituunt, ac ejuſmodi fœculentos humores ſub formâ ſeri plus minus flavi per alvum expellunt.

*Eorum diviſio.* §. 3. Quoad effectum, *Remedia Purgantia* dividimus in *leniora* & *fortiora*, quorum *illa* ſalibus non ita cauſticis, ſed mitius acribus, *hæc* verò ſale magis corroſivo prædita vim ſuam partim in nerveas Inteſtinorum fibras, partim in humoroſi laticis conſiſtentiam, craſin & texturam exercent. *Purgantia leniora.* *Mitiora* Cathartica nonnulla ex Tabulâ *Lenientium* petere licet, v. gr. *Mannam, Caſſiam, Tamarindorum Succum* atque *Syrupos*, de quibus vide Formulas Capitis præcedentis. Hiſce verò heic adjicimus *Folia Senæ, Aloën, Rhabarbarum, Mechoacannam, Agaricum trochiſcatum*, & è præparatis vel compoſitis *Pulverem laxativum vegetabilem, Diaſennæ Montagnanæ, Extracta Rhabarbari, Agarici, Panchymagogum Crollii, Catholicum Andernaci, Maſſam Pilularum Cochiarum, Pilulas Emanuelis, Marocoſtinas, Diacydonium lucidum, Electuarium è ſucco Roſarum, Maſſ. Pilular. tartar. Quercetan.* & quam plurima alia in Diſpenſatoriis noſtris exiſtentia. *Fortiora.* *Fortiora* Purgantia adhuc dum pluribus Medicis uſitata ſunt, *Jalappa, Scammonium, Turbith, Rad. Hermodactyli, Colocynthis*, in *Trochiſcis*, vel in *Extracto Trochiſcorum, Alhandali* dictis, *Syrupus de Spinâ cervin. Oxymel helleboratum Geſneri, Confectio Hamech.* &c.

*Agendi modus dubius.* §. 4. Quoad agendi modum & humorem educendum, differentes ſunt quidem hodie & olim quoque fuerunt Medicorum opiniones. Uſque adeo ſubtilis res eſt indaginis, ut difficillimè dicere

cere queas, quomodo Purgantia ſanguinem & humores in ſuâ ἐνεργείᾳ afficiant, quasque præciſè humorum particulas adoriantur, loco moveant, & per Inteſtinorum glandulas expellant. Veteres *electivè purgantia* ſimul inter ſe diſtinxerunt, dum alia quidem Bili, alia Pituitæ, alia denique Melancholiæ expurgandæ convenientia eſſe ſtatuerunt.

§. 5. Nos verò paucis rem hanc ſequenti ratione explicamus, & quidem, quod modum agendi attinet, ſupponimus, ante omnia in quibuscunque Purgantibus ſal quoddam acre plus minus ſubtile exiſtere, quod vel inde patet, quoniam omnia Purgantia ſtimulationem excitant, quæ non niſi acribus particulis, Narium membranam nerveam vellicantibus & pungentibus, attribui poteſt. Salia itaque purgantium, dum in ſanguinem perveniunt, ibidem mox craſin turbant, ſitum particularum nonnihil atterunt & mutant, ſicque vincula, quibus heterogeneæ cujusvis demum qualitatis particulæ coërcebantur, rumpunt, ac motum particularum ſanguinis inteſtinum nonnihil immutando, id efficiunt, ut particulæ illæ heterogeneæ, determinatam interea figuram pro tranſmigrandis inteſtinalium Glandularum porulis adeptæ, ac è poris maſſæ ſanguineæ præcipitatæ copioſius in Inteſtinorum canalem demittantur. Hoc ipſo tamen non negamus, ſaporem purgantium nauſeabundum valdopere, contribuere ad præſtandam purgationem; quemadmodum enim ille jam in ore copioſiorem elicit irritando ſalivam, ita procul dubio & in tractu ventriculi ac Inteſtinorum irritationem ſimilem continuando copioſum ſerum emulgere, atque per alvum extrudere valet. *Opinio noſtra.*

§. 6. Quòd *electivè Purgantia* concernit, etiamſi hodie *Electivè Purgantia.*

hodie exiſtant, qui Veterum adhuc ſententiam aliquo modo ſive excuſare, ſive defendere conentur, atque è modernæ Phyſiologiæ principiis, *Specifica purgantia* adſtruere non erubeſcant, quæ ſcilicet determinato quodam, ſed vario illo modo figurata, nunc magis oleoſas, nunc magis ſeroſas ſanguinis particulas invadant & præcipitent, nihilominus tamen excuſſo quaternario illo Humorum numero, ipſa quoque ſententia de *Electivè Purgantibus* per ſe cadere videtur. Quod ſi enim quatuor illi humores demonſtrari haud poſſunt, quo modo Purgantia, Humores illos evacuare apta, demonſtrari aut aſſeri poterunt? Quòd ſi forſan quis dicat & aſſerat, dari *ſolutiva* Remedia, quæ magis ſulphureas, dari & alia, quæ magis ſeroſas adoriantur particulas, in humorali Maſſâ præter naturaliter hærentes, id certè facilius dicitur, quàm demonſtratur, quandoquidem *Evacuantia* omnia non niſi gradu efficaciæ & acrimoniæ ſalinæ inter ſe differre, Practici circumſpectiores & curioſiores obſervârunt. Illud verò ſolùm notatum hic volumus, nos in præſcriptione purgantium, pro Temperamentis cholericis *ſalinum* magis ſtimulum, pro pituitoſis autem vel melancholicis *ſulphureo-aromaticum* permiſcere ſolere; eo quòd ſalia, inprimis alcalia, magis agant in oleoſas viſcidas particulas; ſulphureo-aromatica autem, inprimis ſale volatili alcalino comitata, pituitam efficacius reſolvant. Quæ omnia in Formulis ſequentibus clariora evadent, v. gr.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒj.
*Cremor. Tartari* ℈ß.

*M. f. Pulv. ſubt.* pro doſi cum Vino aut Aquâ aliquâ deſtillatâ ſumendus.

Vel ℞. *Pulver. radic. Jalapp.* ℈j.

*Cremor.*

*Cremor. Tartar.* ℈ß.
*Salis Abſynth. gr.* iiij.
*Scammon. Sulphurat. gr.* iij.
*M. f. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Rhabarb. elect.* ʒß.
*Cremor. Tartar.* ℈j.
*Scammon. ſulphur. gr.* vj. *vel* vij.
*Ol. Macis deſtill. gutt.* j.
*M. f. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Rad. Rhab. elect.* ℈ij.
*Radic. Jalapp.* ℈ß.
*Cremor. Tartar. Salis Abſ. ana gr.* v.
*Ol. deſtill. Aniſ. gtt.* ij.
*M. f. cum Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.*
*Mercur. dulc. opt. ana gr.* xv.
*Sulphur. Antimonii correct. gr.* ij.
*Ol. deſtill. Fœnic. gtt.* j.
*M. f. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
*Apii ana* ʒiß.
*Herb. Agrimon.* Mß.
*Fol. Senæ mundat.* ʒiij.
*Rhabarb. elect.* ʒiß.
*Cremor. Tart.*
*Semin. Aniſ. ana* ʒj.

*Inciſa & contuſa affunde Aq. Cichor. q. ſ. Stent in Digeſtione in loco tepido per noctem poſtridie mane Colaturæ* ℥iiiß. *adde Syrup. Roſar. ſ. ſ. q. ſ. m. f. Potio d. ad Vitr.* pro doſi.

Vel ℞. *Fol. Senæ mundat.* ℥ß.
*Radic. Cichor.* ʒiß.
*Herb. Hepatic. nobil.*
*Cuſcut. ana* Mß.
*Crem. Tartar.* ℈iiij.

*Cinam. opt.* ʒj.

*Inciſ. & contuſ. dentur ad Nodulum, qui cum* vj. viij. *prunis Damaſcenis in Aquâ fontanâ, aut cum medio Aquæ & Vini albi per noctem infuſus mane coquatur, Colaturam hinc propinando, ac Pruna pro lubitu ſupercomedendo.*

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
*Fœnic.*
*Cichor. ana* ℥j.
*Confect. Hamech.* ʒiiß. *ad* ℥ß.
*Syr. flor. Perſic.* ʒvj.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Aqu. Scabioſ.*
*Card. bened. ana* ℥j.
*Cinam. bugloſſat.* ʒiiß.
*Syr. Violar.* ʒvj.
*Electuar. è ſucc. Roſar.* ʒiij.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Aqu. Fœnic.*
*Apii.*
*Taraxac. ana* ʒvj.
*Cinam.* ʒij.
*Diacydon. lucid.* ℥iij. *ad* ʒß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Syr. de Cichor. cum Rhabarb.*
*Roſar. ſolut. comp.*
*cum Rh. Ag. & Sen. ana* ℥j.
*Aq. Flor. Acac.*
*Borrag. ana* ℥ß.
*Cinam.* ʒij.
*Scammom. ſulphurat. gr.* ij.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Syr. flor. Acac.*
*de Cichor. cum Rhab. ana* ℥j.
*Aqu. Bugloſſ.*

*Endiv.*

*Endiv. ana* ℥ß.
*Cinam.* ʒiß.
*Elect. è ſucc. Roſar.* ʒij.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Syr. de Mann. laxat.*
*flor. Perſic. ana* ℥iß.
*Aqu. cardiac. officin.*
*Veronic. ana* ℥ß.
*Fœnicul.* ʒiij.
*Elix. propriet. Parac. gtt.* viij.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Spiritus Ceraſ. nigr.*
*Aniſ. ana* ℈ij.
*Magiſt. Jalapp. vel*
*Reſin. Scammon. gr.* vii. *ad* ix.
*Solve leni igne, hinc adde*
*Julep. roſac.* ʒij.
*Syr. flor. Tunic.* ʒj.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Aqu. Vit. Matthiol.* ʒj.
*Spiritus Meliſſ.*
*Roriſmar. ana* ℈ß.
*Magiſt. Jalapp. gr.* viij. *ad* x.
*Solve leni igne, & adde*
*Syr. Violar.* ʒij.
*Capill. Vener.* ʒiß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Aqu. Scab. Borrag. Cichor ana* ℥j.
*Fœnic.* ʒiij.
*Salis Anglic. opt.* ʒvj. *ad* ℥j.
*Syrup. Violar.* ℥ß.
*Miſc. detur ad Vitr.*
Vel ℞. *Nucl. Perſic.*
*Amygdal. dulc. rec. excort. ana* ʒj.
*Magiſt, Jalapp.* vel

*Reſin. Scammon. à gr.* viii. *ad* ix. *vel* x.

*Contunde invicem in mortario probè, dein affunde Aqu. Plantag.*

*Cichor. ana* ℥vj.

*Borrag.* ℥ß.

*Cinam. bugloſſat.* ℥iij.

*M. f. l. a. Emulſio, cui adde*

*Rotul. Man. Chr. ſimpl.* ℥ij.

*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Conſerv. Fumar.*

*Borrag. ana* ℥ß.

*Radic. Jalapp.* ℈j.

*Mercur. dulc. opt.* ℈ß.

*Scammon. ſulphurat. gr.* ij. *ad* iiij.

*Ol. deſtill. Macis gtt.* ij.

*Cum Saccharo f. Bolus d. ad chart. pro doſi.*

Vel ℞. *Conſerv. Betonic.*

*Anth.*

*Roſ. rubr. ana* ℥ß.

*Scammon. ſulphurat. gr.* viij. *ad* x.

*Crem. Tartar.* ℈ß. *ad* ℈j.

*Olei deſtill. Nuciſt. gtt.* j.

*Cum Saccharo f. Bolus pro doſi.* Vel

℞. *Pulp. Caſſ. rec. extract.* ℥ij.

*Magiſt. Jalapp. gr.* v.

*Gumm. gutt. gr.* ij.

*Salis Cent. min. gr.* vij.

*Ol. deſtill. Anis. gtt.* j.

*Cum Saccharo f. Bolus pro doſi.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.* ℈ß.

*Mercur. dulc. opt. gr.* xv.

*Magiſt. Jalapp. gr.* vij. *ad* ix.

*Sacch. Aq. Cinam. ſolut. q. ſ.*

*M. F. l. a. Rotulæ num.* vj. *Olei deſtill. gtt.* ij. *irrorandæ pro doſi.*

Vel

Vel ℞. *Extract. panchymag. Croll.*
*Pilul. angelic. ana gr.* viij.
*Mercur. dulc. opt. gr.* xij.
*Magiſt. Jalapp. gr.* iij. *vel* iv.
*Ol. deſtill. Succin. gtt.* j.
*M. F. Pil. num.* xij. *pro doſi.*

Vel ℞. *Extract. catholic.* ℈ß.
*Rhabarb. gr.* vj.
*Helleb. nigr. gr.* iiij.
*Reſin. Scammon. gr.* ij.
*M. F. l. a. Pil. num.* xiij. *inauratæ d. ad ſcat. pro doſi.*

Vel ℞. *Extract. Pil. cathol.*
*M. Pilul. Emanuel. ana* ℈ß.
*Magiſt. Jalapp. gr.* ij. *ad* iv.
*Ol. deſtill. Meliſſ. gtt.* ij.
*F. l. a. Pil. num.* xj. *dentur pro doſi.*

Vel ℞. *Extract. Pil. cochiar.* ℈ß.
*Rhabarb. gr.* vj.
*Reſin. Jalapp. gr.* iiij.
*Ol. deſtill. Nuciſt. gtt.* ij.
*Mercur. dulc. gr.* xv.
*M. F. l. a. Pil. num.* x. *ſumantur inauratæ pro doſi.*

Vel ℞. *Maſſ. Pilul. tartar.*
*è Succin. Craton. ana* ℈ß.
*Magiſt. Jalapp. gr.* iij.
*Ol. deſtill. Menth. vel*
*Fœnic. gtt.* j.
*M. F. l. a. Pil. num.* xij. *d. ad chart. inaur. pro doſi.*

Vel ℞. *Aq. flor. Acac.*
*Fœnic. ana* ℥j.
*Cinam. opt.* ʒij.
*Elect. e Succ. Roſar.* ʒiij.

 *Diacydon.*

*Diacydon. lucid.* ʒiß.
*Elix. propr. ſ. acid. gtt.* xv.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Radic. Aſparag.*
*Vincetox. ana* ʒiij.
*Herb. Meliſſ.*
*Scolopendr. ana* Mj.
*Summit. Abſynth.* Mß.
*Fol. Senæ mundat.* ℥iß.
*Agaric. Trochiſcat.*
*Rhabarb. elect. ana* ʒij. *ad* ʒiij.
*Salis Card. bened.* ʒj.
*Cinam. opt.* ℈iiij.
*Semin. Aniſ.* ʒiij.

*Inciſ. & contuſ. inſuantur Nodulo ex ſindone: Cui affunde Vin. alb. vet. & Aqu. font. ana* Mj. *ſingulis Mane hauriatur cyathus.*

Vel ℞. *Radic. Apii* ʒvj.
*Angelic.*
*Ruſc.*
*Polypod. ana* ʒiiß.
*Cortic. Cappar.* ʒij.
*Herb. Hepat. nobil.*
*Agrimon.*
*Chamædr.*
*Epithym.*
*Summit. Cent. min. ana* Mß.
*Fol. Senæ mundat.* ℥j.
*Fibr. Radic. Helleb. nigr.* ʒiiß.
*Radic. Aſar.* ʒij.
*Cortic. Winteran.* ʒiß.
*Sem. Aniſ.* ʒiij.
*Salis Juniper.* ʒiß.

*Inciſ. & contuſ. inſuantur Nodulo ex Sindone rubrâ, cui affunde*

*Vin.*

*Vin. alb. veter.* ℳj.
*Aq. Cichor.*
*Fontan. ana* ℔j.

*Stent ſine coctione in Cellâ, quotidie mane hauriatur Cyathus unciarum quatuor, aut plurium.*

§. 7. Atque hæc ſunt, quæ in communi nobis uſu exiſtunt: novimus equidem plurima adhuc alia, tam ſimplicia quàm compoſita purgantia, & olim & hodie ab his illisve Medicis æſtimata ac uſurpata fuiſſe, & adhuc dum uſurpari, ſed cùm illa paſſim ab Auctoribus inter obſoleta, vel inuſitata numerentur, iis recenſendis ſtudio ſuperſedemus.

## CAPUT XXXIV.

### *De Medicamentis Emeticis.*

§. I.

VOmitoria ſive *Emetica* Remedia ſunt, quæ quicquid intra Ventriculi capacitatem hæret, per œſophagum & os expurgant. Ut adeo indicans ſignum talis medicamenti non aliud quid ſit, quàm ſaburra vitioſorum humorum & cruditatum in ventriculo hærens, inibique varia incommoda plus minus moleſta producens, quam non alio credimus elui poſſe modo, niſi per vomitum arte procuratum. Notant enim quotidie Practici, uſque adeo viſcidas ſubinde in ſtomacho comprehendi & ſtabulari cruditates, ut Remedio purganti per inferiora minimè obediant, niſi prius aliis in uſum vocatis remediis ſenſim inciſæ & præparatæ fuerint. Jam verò Morbi vis maxima ſæpiſſimè tantam non permittit temporis moram, ſed citum expoſcit auxilium, antequam firmas radices agat, & vel immedicabilis planè, vel tardius ſuperabilis

*Vomitoria quid propriè ſint.*

bilis evadat. In hoc itaque caſu, præſentibus ſignis indicantibus, tutius omninò vomitorium præſcribitur in principio, quàm in progreſſu Morbi.

*Eorum modus agendi.*

§. 2. *Modus*, quo *Emetica* agunt, ab omnibus in genere ſic explicatur, quòd nimirum illa circulares Oeſophagi & Ventriculi fibras muſculoſas, acribus ſuis particulis irritando, ad violentam & convulſivam contractionem ſtimulent, ſicque efficiant, ut ſtomachus è plicis ſuis viſcidum mucum excutiat, ac per Gulam expellat. Certum hoc eſt, in *Emeticis* omnibus tales hærere particulas, quæ acrimoniâ ſuâ, ſive ſalino-acidâ, ſive etiam ſulphureo-reſinoſâ aut metallicâ, ſeſe per Ventriculi mucum in fibrillas nerveas inſinuando, ibidem ſive punctionis, ſive roſionis moleſto effectu, Spiritus animales in motum impetuoſiorem ſuſcitant, ſicque eorum copioſiorem affluxum alliciunt, Spiritibus verò his copioſius & impetuoſius influentibus fibræ muſculares ſtatim contrahuntur, ac ita fundum Ventriculi verſus Oeſophagum protrudendo, quicquid ineſt in eundem propellunt; Oeſophagus autem propter ſimilem fibrarum ſuarum motum inverſum, acceptas modò Cruditates ulterius per gulam exſpuit. Ab eadem tamen irritatione, ſimul Nervi diaphragmatici ac muſculorum Abdominis in conſenſum tracti, per ſuam contractionem ſpasmodicam ventriculi fundum premendo vomitum maximè promovent.

*Emetica aliquando ſimul purgant.*

§. 3. Hoc verò ſimul notandum venit, Emeticorum aſſumtorum Salia quandocunque ad Inteſtina pervenerunt, ibidem quoque ſuam vim exercendo, ad excretionem per alvum ſtimulare, tantoque id magis, quando Remedio vomitorio adjunctum eſt *Sal quoddam præcipitans*, v. gr. *Abſynthii, Cardui benedicti, Centaurii minor. Sal Anglic.*

*Sal*

*Sal polychreſtum*, *Tartarus vitriolatus*, *Cremor Tartari*, & id genus. Hæc enim majori doſi ſociata vim Emetici adeo præcipitant, ut vomitoriâ ſuâ vi penitus deſtitutum nonniſi per alvum purget. Quòd aliàs quoque contingit, quando Cruditates nonnullæ Stomachi Emeticum omne in ſeſe abſorptum ad Inteſtina rapiunt. Ut adeo Emetica frequenter ſimul per vomitum & alvum, non ſine cruciatibus & moleſtiis crudos humores expellant.

§. 4. Quod Vomitoriorum *Materiam* attinet, eam partim in ſale nonnihil *corroſivo*, partim etiam in *ſulphureo acriori*, partim in utroque ſimul conſiſtere plerique docent Medici. Noſtrâ verò ſententiâ merum ſal plus minus acre exiſtit, quod effectum vomendi in ſtomacho producit; Quicquid enim acrimoniæ in Sulphuribus hæret emeticis, unicè à Sale acri permixto arceſſendum eſſe arbitramur. Neque nos movet objectio, quam nonnulli afferunt dicendo, vel eapropter ſulphureis particulis adſcribendam eſſe vim emeticam, v. gr. in Antimonio, quòd ſpirituoſo-ſulphureo humore magis, quàm aqueo virtus talis ex Antimonio extrahatur; jam verò, ſi in ſale vis illa conſiſteret, omninò illam etiam ab aqueis humoribus ſolvi & educi debere, quod autem experientiæ repugnet: Plures etiam dari Reſinas, quæ non aquoſis, ſed ſulphureis liquoribus potentius ſolvantur, in quibus tamen Sal aliquod, idque acido-occultum hærere, Chymica analyſis demonſtrat. Ad hæc itaque reſpondemus, talem cum ſulphureis menſtruis inſtitutam emeticæ virtutis extractionem nondum evincere ſive probare, emeticam vim etiam à ſulphureis particulis dependere; quoniam ſalia emetica in nonnullis ſubjectis ita ſunt cum ſulphureis particulis combinata, ut in apricum non pro-

*Eorum materia.*

prodeant; niſi ſulphureæ illæ prius ſolutæ à liquore affuſo ſulphureo fuerint. Præterea liquores illi ſulphurei, cum quibus vim emeticam extrahimus, etiam ſalinas in ſeſe particulas interdum continent. Ipſum proin Antimonium, etiamſi ſuâ ſalia vomitoria Aquæ affuſæ non exhibeat, ſed potius ſulphureo vinoſo liquori, attamen occultum intra ſe fovere ſal emeticum neutiquam dubitamus, illud verò in apricum tum demum producitur, quando particulæ ſulphureæ nonnihil à ſe invicem recluſæ aut ſeparatæ fuerunt. Imò ſi particulæ ſulphureæ in Antimonio exiſterent vomitum producentes, nulla ratio dari poſſet, cur Vitrum Antimonii, aut *Poculum Antimoniatum*, poſt tot liquoris ſulphurei affuſiones in ſuâ ſubſtantiâ & pondere non diminueretur? Sic enim videri deberet, plures particulas Antimonii ab affuſo menſtruo ſolvi & abſcedere debere, cum paulatina ipſius Antimonii ſubſtantiæ diminutione: Quòd ſi autem Salibus attribuimus eam vim, facilè poſſumus dicere, ab affuſo humore poros Antimonii ita aperiri, ut ſalino volatiles emeticæ particulæ inde egrediantur, & liquori permiſceantur, in loca autem abſcedentium particularum vel ex Vino, vel ex aëre ipſo novas ſuccedere particulas, quæ poſtmodum per figuræ fortè imitationem vim quoque emeticam inducant; Quod vel inde demonſtratur, quoniam v. gr. *Antimonium diaphoreticum*, licet optimè præparatum, ſi diutius aëri, inprimis humido, ſit expoſitum, ex ipſo vim emeticam iterum contrahat. Formulæ Emeticorum è diverſâ materiâ ſequentes inſervire poſſunt:

℞. *Syr. emetic. Ang. Sal.* ℥iij. *ad* ℥vj.
*Aq. Cichor. Borrag. ana* ℥ij.
*Cinam. bugloſſat.* ℥j.

*M. ad*

*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Aq. bened. Ruland.* ℥ß. *ad* ℥j.
*Scolopendr.* ℥ß.
*Cinam. cydoniat.* ʒij.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Vitr. Antimon. aut*
*Croc. Metallor. gr.* xv. *ad.* ʒß. *vel*
*Globulum Reguli Antimonii.*

*Affunde Vin. alb.* ℥ij. *ſtent per* xij. *horas in loco tepido, poſtmodum filtratus liquor pro doſi exhibeatur.*

Vel ℞. *Rad. Aſar.* ʒiij.
*Apii* ʒj.
*Semin. Aniſ.*
*Crem. Tartar. ana* ℈ij.
*Inciſ. & contuſ. affunde*
*Aq. Cichor. Succiſæ vel*
*Taraxaci q. ſ.*

*Stent per noctem in loco tepido, poſtridie mane bulliant parum ſuper ignem lenem, Colaturæ* ℥iij. *adde*

*Julep. roſac.* ʒiij.
*Aq. Cinam. bugloſſat.* ʒij.
*M. f. Potio d. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Succ. Cortic. med. Samb. rec. expr.*
*& filtrat.* ℥j. *ad* ℥iß.
*Aqu. fl. Acac.* ℥ß,
*Fœnicul.*
*Cinam. bugloſſat. ana* ʒij.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Vel ℞. *Aq. Hord. mulſ. aut*
*Ser. Lact. vaccin.* ℥iij.
*Aq. Cinam. ſpirituoſ.* ʒj.
*Elect. diaſar. Fernel.* ʒij. *ad* ʒiij.
*M. F. Potio pro doſi.*

Vel

Vel ℞. *Succ. Raphan. hort. rec. expr.* ℥ij. *ad* iij.
*Aq. cardiac. officin.* ℥j.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Ruſtici fruſtulum *Tabaci* aliquot horas aut per noctem *Vino* infundere, infuſumque hoc poſtridie mane haurire ſolent, quod proficuum ipſis, ſed Delicatioribus violentum eſt remedium.

℞. *Crem. Tartari gr.* xv. *ad* ℈j.
*Tartari emetic. Dan. Lud. gr.* iß. *ad* ij.
*M. F. Pulv. pro doſi.*

Vel ℞. *Crem. Tartar. gr.* xv.
*Salis Abſinth.*
*Tartari vitriol. ana gr.* iij.
*Tart. emetic. Mynſ. gr.* iiiß. *ad* iiij.
*M. F. Pulv. pro doſi.*

Vel ℞. *Rad. tener. Aſar.* ʒß.
*Crem. Tart. gr.* vj. *ad* ℈ß.
*Ol. deſtill. Fœnic. gtt.* j.
*M. F. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Salis Vitriol. vomitiv.* ʒß. *ad* ʒj.
*Pulveriſatum detur* pro doſi.

Vel ℞. *Gumm. Gutt. gr.* vij. *ad* ix.
*Cremor. Tartar.* ℈ß.
*Salis Card. bened. gr.* iiij.
*Ol. deſtill. Macis gtt.* j.
*M. F. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Crem. Tartar.* ℈j.
*Salis Cent. min. gr.* v.
*Mercur. Vit. correct. gr.* iij. *ad* iiij.
*Ol. deſtill. Aniſ. gtt.* j.
*M. F. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Vel ℞. *Extract. ſpecif. emetic. Mynſ.* ℈j. *ad gr.* xxv.
*Ol. deſtill. Fœnic. gtt.* ij.
*M. F. l. a. Pil. num.* xiij. *inauratæ dentur* pro doſi.

Vel

Vel ℞. *Extract. Abſynth.*
*Cent. min. ana gr.* iiij.
*Cremor. Tartari gr.* iij.
*Tartari emetic. gr.* iß. *ad* ij.
*Ol. Nuciſt. deſtill. gtt.* j.
*M. F. l. a. Pil. num.* vij. *dentur inauratæ pro doſi.*

Vel ℞. *Aq. deſtill. flor. Acac.* ℥vj.
*Sacch. cand. rubr.* ℥j.
*Coque ad evaporationem mediæ partis Aquæ, reſiduum dein hauriatur pro doſi.*

Vel ℞. *Radic. Ipecacuanhæ* ℈j. *ad* ʒß.
*Pulveriſ. & ſumatur pro doſi.*

Vel ℞. *Rad. Ipecac.* ℈j.
*Tartar. vitriol.* ℈ß. *emet. gr.* j.
*Miſc. f. Pulv. ſubtil. pro doſi matutinâ.*

Vel ℞. *Extract. Betonic. gr.* vj.
*Croc. gr.* ij.
*Flor. Antimonii gr.* iiß.
*Ol. deſtill. Fœnic. gtt.* ij.
*M. F. Pil. num.* viij. *inauratæ dentur pro doſi.*

Vel ℞. *Extr. Gentian.*
*Gummi Gutt. ana gr.* v.
*Crem. Tartar. gr.* iiij.
*Turbith. mineral. gr.* j.
*Ol. deſtill. Succin.*
*Menth. ana gtt.* j.
*M. F. l. a. Pil. num.* ix. *inauratæ dentur pro doſi.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor. gr.* vj.
*Mercurii dulc. opt. gr.* xv.
*Sulph. aurati Antimonii gr.* iß. *ad* ij.
*Ol. deſtillat. Aniſ. gtt.* j.
*M. F. Pulv. pro doſi.*

Vel ℞. *Vin. malvat.*

*Ol. Amygdal. dulc. aut*
*Lin. ana* ℥ij. *vel* iiß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*

Atque hæc ſunt uſitatoria, apud nos ſaltem, emetica, cum modo ea præſcribendi. Quæ autem reliqua ſunt de Emeticis dicenda, ea fuſius apud Autores reperiuntur.

*Cautela in præſcribendis emeticis.*

§. 6. Heic tamen breviter annotandæ veniunt regulæ in Emeticorum præſcriptione unicuique Practico Medico circumſpectè obſervandæ; nimirum 1. Gibboſis & ad Phthiſin inclinantibus, ut & valdè Aſthmaticis, Emetica non convenire, aut ſaltem maximâ cum cautelâ iiſdem eſſe ordinanda: 2. In Febribus continuis & acutis tutius longè Vomitoria exhiberi primis ſtatim diebus, quàm in progreſſu Morbi, ubi vires jam magnam partem ſunt diſſolutæ: 3. Vomitoria Hyſtericis, aut ad Convulſiones proclivibus Fœminis vel planè non eſſe exhibenda, vel circumſpectius ordinanda: Ita etiam 4. Gravidis Emetica propinata facilè abortum conciliant: 5. Delicatiores naturæ, in quibus fibrarum ſtomachi nervearum tonus non ita firmus exiſtit, & quorum muſculi aliâs laxiores aut molliores obſervantur, Emetica *fortiora* planè non, *mitiora* verò difficulter ferunt; quorum muſculi autem & fibræ ſunt firmiores, quique adeo complexionis robuſtæ hinc exiſtunt, Remedia iſtiuſmodi cum fructu uſurpare obſervati ſunt.

## CAPUT XXXV.

### *De Venenis eorumq; Antidotis, atque hinc Bezoardicis Medicamentis.*

§. I.

*Claſſes rerum corpus noſtrum afficientium.*

Quæcunque Machinam corporis noſtri aliquo modo afficere obſervata hactenus ſunt, ad tres referre

eferre Medici claſſes conſueverunt: Quarum *pri-na* continet *Alimenta*, corporis humani naturalem ſtatum nutritio ſucco conſervantia, nutrientia, augentia: *Secunda* Claſſis complectitur *Medica-menta*, ſtatum Machinæ corporis noſtri præterna-turalem immutantia, alterantia, & ad naturalem conſtitutionem reducentia: *Tertia* denique Claſſis *Venena* communiter appellata comprehendit, quo quidem nomine indigitantur omnia ea, quæ va-riis modis Machinæ noſtræ nociva & adverſa ſunt, ejuſque naturalem ſtatum violenter deſtruunt. *Alimenta.* *Medica-menta.* *Venena.*

§. 2. Ex hâc autem *Veneni* deſcriptione jam pa-tet abunde, etiam *Purgantia* nonnulla, nimiâ do-ſi exhibita, Venenorum nomen mereri, quatenus ſtructuram corporis humani ſimiliter labefactant, & ad illius deſtructionem non parum contribuunt. Eodem fundamento non minus *Veneni* appellatio-ne digna æſtimantur, quæ intra corpus genita ſen-ſim illius naturalem Oeconomiam debilitant at-que diſſolvunt, prout id in *Febribus* contingit *ma-lignis*, *peſtilentibus*, *Peſteq;* adeo ipſâ.

§. 3. Quemadmodum partes Machinam vita-lem aut viventem conſtruentes diverſæ ſunt, *ſpiri-tuoſæ* nimirum, *humoroſæ*, & *ſolidæ*, ita *Venena* quoque ipſa ſubjectorum ratione varia dicuntur, dum *alia* quidem Spiritus magis afficiunt, eosque narcotico quodam fœtidoque ſulphure impuro ner-vis hoſtili figunt, prout in *Regno Vegetabili* repe-riuntur *Hyoſcyamus*, *Nicotiana*, *Napellus*, *Papaver album*, *Opium*, *Cicuta aquatica*, *Colchici Semen & radix*, *Ranunculus*, &c. Alia humoribus potius infeſta ſunt, atque eorum naturalem craſin, con-ſiſtentiam ac motum, vi quadam fermentativa, invertunt, diſſolvunt, deſtruunt, aut etiam coa-gulant, quemadmodum potiſſimum in *Regno ani-* *Venenorum diverſitas.*

*mali* occurrunt extus advenientia, v. gr. *Morſus Animalium rabidorum*, ſalivam venenatam vulneratis vaſis ac ſanguini communicans; *Ictus venenatus* Inſectorum, nervoſas fibrillas pungendo, vaſcula minima ſanguifera penetrando, ac liquorem quendam volatiliſſimum diſſolventem immittendo: *Alia* tandem ſolidas partes magis adoriuntur, earum unitatem corroſivâ qualitate infeſtando, ſolvendo, mortificando, ac putrefaciendo: qualia è *minerali Regno* habentur *Auripigmentum*, *Antimonium*, *Mercurius ſublimatus*, & *præcipitatus corroſivus*, *Spiritus acidi acres*, ut & *Arſenicum* qualecunque, *Aqua fortis*, *Aqua regia*, *Spiritus Nitri*, *Salis*, *Vitrioli*, *Aluminis*, *Sulphuris*, &c. *Butyrum Antimonii*, *Vitrum Antimon. Mercurius vitæ*, &c.

§. 4. Cùm ergo *Venena* omnia patticulis iis ſint prædita, quæ naturæ vel ſpirituum animalium, vel circulantium humorum, vel denique ſolidarum ipſarum partium infeſtæ, totaque adeo ſubſtantiâ deleteriæ exiſtunt, ac præterea è principio ſalino-ſulphureo, plus minus volatili, aut fixo, nunc corroſivo, nunc fermentativo, nunc vaporoſo & narcotico magis compoſitæ; facilè patet, in *Antidotorum* cenſum haud alia Remedia eſſe referenda, quàm quæ contrariis qualitatibus prædita vim qualiumcunque Venenorum infringere aut prorſus reprimere valent. Atque hinc ea demum *Bezoardica*, *antidota*, *alexipharmaca*, *antemetica*, *alexiteria*, vel *alexicaca* appellabuntur, quæ particulis plus minus balſamicis, naturæque partium Machinæ humanæ convenientibus, Veneno nunc omni, nunc huic aut illi magis reſiſtunt, noxas ab eo inductas emendant, atque hinc machinam labefactatam vitali iterum integritati reſtituunt.

*Quæ remedia ſint antidota.*

§. 5. *Bezoardica* Remedia non malè diſtinguuntur

*Sunt vel Univerſalia.*

tur

tur in *univerſalia* & *particularia*: Quorum *illa* dicuntur, quæ omnibus in univerſum Venenis reſiſtere valent: *hæc* verò creduntur, quæ huic tantùm aut illi Veneno in ſpecie aut particulariter medentur. *Univerſalium* materiam ex omnibus tribus medicamentorum Regnis; *Particularium* autem nunc ex hoc nunc ex illo magis petere ſolemus.

§. 6. In *Univerſalium* cenſum referimus *Radices Angelicæ, Anthoræ, Carlinæ, Dictamni, Contrajervæ, Gentianæ, Imperatoriæ, Petaſitidis, Zedoariæ, Biſtortæ, Scorzoneræ, Vincetoxici; Herbas Rutæ, Scordii, Galegæ, Salviæ, Cardui benedicti, Fumariæ, Scabioſæ, Succiſæ, Centaurii minoris, Marrubii albi, Ulmariæ; Flores Galegæ, Sambuci, Calendulæ, Bellidis minoris, Baccas Juniperi, Coſtum verum, Myrrham, Camphoram, Succinum, Bolum Armenat. Unicornu foſſile, Dentes Hippopotami, Lapidem bezoardicum orientalem & occidentalem verum, C. C. pphicè pptum, Ebur pptum, Aurum horizontale, Terram Lemniam* aut *ſigillatam, Cinnabarim nativam* vel *Antimonii, Spinas Viperarum pptas, Conchas pptas, Matrem Perlarum pptam, Os de Corde Cervi, Antimonium diaphoreticum, Magiſterium Antimonii diaphoretici, Bezoardicum minerale, Pulverem rubeum Pannonicum, bezoardicum Sennerti, Oculos 69. pptos, Flores ſulphuris myrrhatos, Flores Salis armon. hæmatitinos, Sal ac Spiritum volat. C. C. Viperarum, Lumbricorum* aut *Urinæ, Spiritum Salis armon. urinoſum, Spiritum theriacalem camphoratum, Spiritum Eboris, Mixturam ſimplicem, Tincturam bezoardicam, Elixir peſtilentiale Crollii, Theriacam Andromachi, Mithridatium Damocratis, Electuarium Orvietanum, Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii, Aquas Plantarum* ſupra dictarum deſtillatas, ut & *Aquam prophylacticam Sylvii,* vel *Bezoardicam Ruland.* Quibus addimus Aceta

*Claſſis Antidotorum Univerſalium.*

*bezoardica, rutacea, Succum Citri, Tincturam Roſarum vel Violarum, Extracta Scorzoneræ, Contrayerv. Petaſit. Angel. Rutæ, Galegæ, Centaurii minoris,* & ſimilia. E quibus ſingulis varia ſeligi, variisque ſub formis Ægro præſcribi poſſunt, prout nunc Maſſa ſanguinea, magis ſoluta, ad conſiſtentiam debitam eſt reducenda; nunc eadem nimis craſſa venit reſolvenda; nunc fermentitiæ venenatæ particulæ, ſive per ſudorem, ſive per diureſin præcipitandæ.

## *Bezoardicorum Formulæ generales.*

℞. *Aqu. Calendul.*
*Acetos. ana* ℥iß.
*Syrup. Rub. id* ʒvj.
*Spir. Nitr. gutt.* viii.
*Antimon. diaph.* ʒß.
*M. detur ad Vitr.* Exhibeatur cochleatim.

Vel ℞. *Aqu. Plantag.* ℥iß.
*Agrimon.* ℥j.
*Syrup. Acetoſ. Citr.*
*Capill. Vener. ana* ʒiij.
*Mixtur. ſimpl.* ℈j.
*Bezoard. min.*
*Terr. ſigillat. ana gr.* xv.
*Miſc. detur ad Vitr.* Uſus ut ſupra.

Vel ℞. *Aqu. flor. Sambuc.*
*Ulmar.*
*Succis.*
*Syr. de Nymph. ana* ℥j.
*Theriac. Andromach.* ℈ij.
*C. C. pph. ppt.* ℈iß.
*M. ad Vitr. pro* ij. *doſibus ſpatio* vj. *vel* viij. horarum ſumendis.

Vel ℞. *Aq. Card. Mar.* ℥iß.

*Scabioſ.*

*Scabioſ.*
*Agrimon. ana* ʒvj.
*Syr. Rub. id.* ℥ß.
*Mithridat. Damocr.* ʒj.
*Antimon. diaphor.*
*Ebor. ppt. ana gr.* xv.
*M. ad Vitr. pro* ij. *doſibus.*
Vel ℞. *Aq. prophylact. Sylv.* ʒvj.
*Semperv. maj.*
*Card. ben. ana* ℥ß.
*Lactuc.* ℥j.
*Syr. Corallor.* ʒvj.
*Antimon. diaphor.*
*C. C. uſt. ana* ℈j.
*Elect. diaſcord. Fracaſt.* ʒj.
*M. ad Vitr. pro* ij. *doſibus.*
Vel ℞. *Aq. Fumar.* ℥iß.
*Taraxac.*
*fl. Samb. ana* ℥j.
*Syr. è Succ. Citr.* ʒvj.
*Elect. Orvietan.* ℈ij.
*Antimon. diaphor.* ʒß.
*Unicorn. foſſil.* ℈ß.
*M. ad Vitr. pro* ij. *doſibus.*
Vel ℞. *Aq. cardiac. offic.* ℥ij.
*Succiſ.* ℥iß.
*Syr. Granat. acid.* ℥ß.
*Confect. Alkerm.* ℈ij.
*Ebor. ppt.*
*C. C. ph. ppt. ana gr.* xv.
*M. ad Vitr. detur ſubinde per cochlearia.*
Vel ℞. *Aq. flor. Samb.* ℥ij.
*Plantag.*
*Fumar. ana* ℥j.
*Syr. de Acetoſell.*

(T) 4 *Agreſt.*

*Agreſt. ana* ℥ß.
*Antimon. diaphor.*
*Pulv. Pannon. rubr. ana* ʒß.
*Sacchar. perlat.* ʒj.
*M. ad Vitr.* Detur cochleatim.
Vel ℞. *Amygdal. dulc. rec. exc.*
*Nucleor. Perſic. rec. excort. ana* ʒij.
*Semin. Cucurb.*
*Card. ben.*
*Nap. ana* ʒiß.
*Aq. Taraxac.* ℥iiiiß.
*Card. Mar.* ℥iij.
*M. F. l. a. Emulſio, cui adde*
*C. C. ph. ppt.* ʒj.
*Bezoard. miner.* ℈ij.
*Rot. Man. Chr. ſimpl.* ʒß.
*M. ad Vitr. pro* iij. *doſibus.*
Vel ℞. *Nucl. Perſic.* ʒiiß.
*Semin. Melon.* ʒij.
*Cucurb.* ʒj.
*Napi* ʒiß.
*Card. ben.*
*Lactuc. ana* ʒj.
*Naſturt.* ʒß.
*Aqu. Cichor. Carlin.*
*Card. ben. ana* ℥ij.
*Apii hortenſ.* ℥j.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*
*Pulv. Viperar. ppt.*
*Antimonii diaphor.*
*Ocul. 69. ppt. ana* ℈ij.
*Julep. roſac.* ʒvj.
*M. ad Vitr. pro* iij. *doſibus.*
Vel ℞. *Aq. flor. Samb.*
*Scabioſ.*

*Chere-*

*Cherefol. ana* ℥j.
*Syr. Rub. id.* ℥ß.
*Spirit. Salis arm. urin.* ℈j.
*Confect. alkerm.* ʒß.
*Bezoard. miner.*
*Conchar. ppt. ana* ℈j.
*M. ad Vitr.* Detur cochleatim.

Vel ℞. *Aqu. Scolopendr.*
*Endiv.*
*Cardiac. officin. ana* ℥iß.
*Syr. è toto Citr.*
*Corallor. ana* ℥ß.
*Spiritus volatilis* C. C. *aut*
*Viper* ʒß.
*Confect. Hyacinth.* ℈ij.
*Ebor. ppt.*
*Antimonii diaph. ana* ℈j.
*Cinnabar. nativ. vel Antimonii opt.* ℈ß.
*M. ad Vitr.* Sumatur frequenter cochleatim.

Vel ℞. *Aq. Naſturt.*
*Borrag.*
*flor. Acac.*
*Lactuc. ana* ℥j.
*Syr. Rub. id.*
*de Nymph. ana* ℥ß.
*Salis volat.* C. C. ℈j.
C. C. *pph. ppt.*
*Antimonii diaphor. ana* ʒß.
*Julep. roſac.* ʒij.
*M. ad Vitr.* Detur per cochlearia.

Vel ℞. *Mixtur. ſimplic.* ʒij.
*Detur ad Vitr.* Doſis mane ac veſperi gtt. xv. vel xx. cum *Mixtura cardiaca*.

Vel ℞. *Pulv. Pannon. rubr.* vel
*bezoardic. Sennerti,*
*Antimonii diaphor. ana* ʒj.
*Bezoard. miner.*
*Unicorn. foſſil. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt.* Cujus doſis ℈j. *ad* ʒß.

Vel ℞. C. C. *pph. ppt.*
*Antimonii diaphor.*
*Ocul.* 69. *ppt. ana* ʒj.
*Lapid. prunell.* ℈j.
*M. f. Pulv. ſubt.* Cujus doſis ut ſuprà.

Vel ℞. *Ebor. ppt.*
*Bol. Armen. ppt.*
*Bezoardic. miner. ana* ℈j.
*Lapid. bezoard. orient. vel*
*occid. ver. gr.* vj.
*M. f. Pulv. ſubt. in* iij. *doſ. æqu. divid. ad ch.*

℞. *Antimonii diaphor.*
C. C. *pph. ppt. ana* ℈ij.
*Auri horizontal. gr.* xii.
*Ol. deſtill. cortic. Citr. gtt.* ij.
*Sacch. cand. alb.* ℈j.
*M. f. pulv. ſubt. in* iiij. *doſ. æqu. divid.*

℞. *Matr. Perl. ppt.*
*Bezoard. miner. ana* ℈j.
*Salis volatilis C. C. optimè depurati gr.* vi.
*Cinnab. nativ. opt. gr.* iiij.
*Nitr. ppt. gr.* ii.
*M. F. Pulv. ſubt.* ij. *doſes.*

Vel ℞. *Tinct. bezoard. cujuscunque* ℥ß.
*Detur ad Vitr. mane ac veſperi guttæ* xxx. *ſumantur.*

℞. *Pulv. Card. ben.* ʒiß.
*Antimouii diaphor.* ʒj.
*Flor. ſulphur. myrrhat.* ʒß.

*Sacch.*

*Sacch. cand. alb.* ℈ij.
*M. f. Pulv. ſubt.* Doſis gr. xxv. ad ʒß.

Vel ℞. *C. C. pph. ppt.*
*Corall. rubr. ppt. ana* ʒiß.
*Flor. Salis armon. hæmat.* ʒß.
*M. f. Pulv. ſubt. doſ.* ʒß.

Vel ℞. *Conſerv. Roſar. rubr.*
*Violar. ana* ℥j.
*Roob. Sambuc.* ʒiß.
*C. C. pph. ppt.*
*Ocul. 69. ppt. ana* ʒß.
*Syr. Acetoſit. Citr. q. ſ.*
*M. f. Electuarium, d. ad Oll.*

Vel ℞. *Roob. Junip.*
*Sambuc.*
*Conſerv. Borrag.*
*Bugloſſ.*
*Fl. Anth. ana* ℥ß.
*Confect. Alkerm.* ʒiß.
*Bezoard. miner.*
*Ebor. ppt. ana* ʒß.
*Diaphor. jovial.* ℈j.
*Syr. fl. Tunic. q. ſ.*
*M. f. Electuar.* Cujus doſis ſingulis trihoriis eſt Nuciſtæ magnitudo.

§. 7. *Antidota ſpecialia* ea dicuntur, quæ his illisve Venenis in ſpecie reſiſtunt, & oppoſita ſunt; *Antidota ſpecialia.* Hinc etiam *ſpecifica* appellantur, & cum variæ ſint ſpecies Venenorum, diverſa quoque talia erunt Remedia *ſpecifica Antidota.* Quando autem ſuſpicio adeſt Veneni aſſumti, neque Medicus accuratè nôſſe poteſt, qualisnam præciſè ſpecies illius fuerit deglutita? Ante omnia certus eſſe debet de præſentiâ alicujus Veneni in corpore, deinceps verò nonniſi

niſi generalia Antidota præſcribet, donec certior evaſerit de Veneni *ſpecie*.

*Signa aſſumti Veneni.* §. 8. *Signa* autem *aſſumti Veneni* varia ſunt: Quod ſi illud acre eſt, in eoque ſimul volatilitas exiſtat, maximè corroſiva, tum inter hauriendum, vel in deglutitione ipſâ deprehendetur cauſtica vis; ſuccedent tamen paulo poſt dolor & ardor præcordiorum, irriti Vomendi conatus, Cardialgia Ventriculi, aut etiam totius Abdominis inflatio, Lipothymiæ, Vertigo, Sitis intolerabilis, &c.

*Signa Veneni acidi.* §. 9. Si Venenum præterea acidæ ſit proſapiæ, ſimul inde enaſcitur ſuppreſſio Urinæ; Ubi autem Venenum non adeo eſt acre, vel acrimoniam tantùm ſuam corroſivam aut fermentativam magis in in receſſu habet, tunc per plures horas in Stomacho & corpore quandoque latere poteſt, antequam deleterios ſuos effectus prodat, ubi præter ſymptomata jam recenſita nonnunquam Convulſiones producit.

*Quid ſtatim agendum.* §. 10. Dum ergo ex generalibus ejuſmodi ſignis conſtat de Veneno aliquo propinato, ſtatim accurrendum eſt ad univerſale quodcunque proximum Remedium, ſive è Culinis, ſive è Pharmaciâ petendum; quemadmodum ſunt *Lixivium* qualecunque illicò propinatum, aut *Lac* affatim vel frequenter hauſtum, vel *Olei* etiam *Olivarum* aut *Amygdalarum dulcium* quantitas deglutita, aut *Theriaca Andromachi*, *Electuarium Orvietanum*, vel *Mithridatium Damocratis* ad ℨj. exhibitum. Inter quæ *Lixivium* vim habet corroſivum Veneni ſal ſtainvertendi ac præcipitandi; *Oleum* verò & *Lac* ejuſdem ſpicula abſorbendi, atque ſic acrimoniam edulcorandi. *Electuaria* tandem *compoſita* partim abſorbendi & edulcorandi, partim etiam irritatos nervu-

nervulos demulcendi virtutem obtinent. Remedio tamen ejuſmodi generali ſemel vel aliquoties exhibito adjungi ſimul debent *Mixturæ cardiacæ*, aut *Opiatæ confortantes*, quarum Formulæ inter Bezoardica ſuperius extant: earum enim ope Veneni particulæ ſenſim è corpore penitus excludunter, partiumque ſive fibrarum læſarum tonus naturalis reſtituitur.

## TITULUS I.

### *De Antidotis ſpecialibus Venenorum mineralium.*

§. 1.

INter *Venena mineralia* primum locum damus *Calci vivæ*, cujus particulæ alcalino-acres à menſtruo Ventriculi in tumultuantem motum exagitatæ, deleterias in corpore vires exercere ſolent. Huic itaque Veneno deſtruendo conducunt *butyroſa, mucilaginoſa* atque *viſcida* omnia, largis doſibus exhibita. Inprimus hic commendari ſolent *Lac caprillum integrum*, frequentius affatim hauſtum, *Bolus Armena, Terra Lemnia*, ſimilesque aliæ *Terræ* ad ℈ij. in Lacte propinatæ. Et quia Venenum hocce Dyſenteriam poſt ſe trahere poteſt, huic ſymptomati occurretur *Clyſteribus* ex *Decocto Hordei viſcido*, item ex *Decocto Malvæ, Althææ, Scorzoneræ, Symphyti, Lactucæ, Parietariæ, Cochlearum* vel *Cancrorum vivorum contuſorum*, Capitis & Meſenterii ovilli. *Venena mineralia. Calx viva.*

§. 2. Quod ſi *Gypſum* qualicunque modo fuerit aſſumtum, Medicus in principio ſtatim accedens Vomitum procurabit, exhibito *Radicis Ipecacuanhæ pulvere*, poſtea verò *Lubricantia* & *mucilaginoſa* largis *Gypſum.*

largis doſibus exhibebit: ſpecialius verò *Decoctum Herbarum Origani, Pulegii, Hyſſopi, Majoranæ, Calaminthæ, Roris marini, Salviæ, Ozymi,* &c. cum *Oxymelite ſimplici* ſubinde hauſtum prodeſt.

*Vitriolum.* §. 3. *Vitriolo nativo,* maximè *cœruleo*, copioſius aſſumto eadem *Remedia mucilaginoſa* & *viſcida* opponuntur, quæ ſuperius jam allegata ſunt, excepto ſolo *Lacte*, cujus vicem ſupplebit *Lixivium* vel *Oleum Amygdalarum dulcium*, aut *Olivarum* affatim hauſtum, vel etiam *Emulſiones Amygdalinæ*, cum *Aquâ Plantaginis* inprimis factæ.

*Aqua fortis, vel Polonica.* §. 4. *Aquæ forti Regiæ*, vel *Aquæ Polonicæ* hauſtæ ſtatim largæ potiones Aquæ fontis cum *Bolo Armenâ* ſunt opponendæ: poſtea verò *Emulſiones Amygdalarum dulcium* non negligendæ, cum additione *pulverum Bezoardicorum.* Quòd ſi verò *Lixivium* vel *Aqua* quædam *muriatica* ad manus ſit, ſtatim cyathus eâ repletus ad præcipitanda ſalia corroſiva propinetur, hinc verò *Eclegma* ſequens à Medico præſcribatur.

℞. *Syr. de Semperv. maj.* ℥iß.
*Jujubis* ʒvj.
*Mucilag. Sem. Cydon. Aq. Plant. fact.* ʒij.
*Aqu. flor. Acac.*
*Borrag. ana* ʒvj.
*Cinam. cydoniat.* ℥ß.
*Eſſent. Croc.* ℈j.
*Bol. Armen. ppt.*
*Unicorn. foſſil.*
*Antimonii diaphor. ana* ʒj.
*M. f. Eclegma frequenter lambendum.*

Ad eroſas fauces *Gargariſmate* opus eſt, quo ſubinde fauces calidè eluantur.

℞. *Radic.*

℞. *Radic. Conſol. maj.* ℥ß.
*Fol. rec. Plantag.* Mj.
*Semperv. maj.*
*Alth. ana* Mß.
*Flor. Roſ. rubr.*
*Verbaſc.*
*Liguſtr. ana P.* j.
*Semin. Cydon.*
*Pſyll. ana* ʒiß.
*Inc. & cont. coq. in ſ. q. Aq. font. Colaturæ expreſſæ* ℔iß. *admiſce*
*Mell. roſac.* ℥ij.
*Roob. dianuc.* ℥j.
*M. & gargariſetur ſubinde Palatum tepidè.*

Sed & *Mixtura cardiaca* ordinanda eſt ſequentem vel ſimilem in modum.

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
*fl. Samb.*
*Sanic. Borrag. ana* ℥j.
*Cinam. cydoniat.* ℥ß.
*Syr. fl. Tunic.* ʒvj.
*Confect. Alkerm. compl.* ʒj.
*Cryſtall. alb. ppt.* ℈iiß.
*Antimonii diaphor.* ℈j
*Julep. roſac.* ʒiij.
*M. ad Vitr.* Sumatur cochleatim.

*Æs, Squamma æris.*

§. 5. *Aës, Squamma Aëris, Flos Aëris, Aërugo Aëris, Aës uſtum, Aurichalcum,* poſt *Vomitorium* in principio ſtatim exhibitum pro ſpecifico agnoſcunt & admittunt *Tinctur. Roſarum* cum *Spiritu Salis* nonnihil *acidulam* redditam, cui tamen adjungenda veniunt Remedia in præcedentibus jam recenſita.

*Antimonium corroſivum.*

§. 6. *Antimonio* ſive *crudo* ſive variis modis præparato & corroſivo, in principio ſtatim *Bolus* ex *The-*

*Theriacâ*, vel *Mithridatio*, aut *Electuario Diaſcordio* cum *Cryſtallo albâ pptâ* opponi poteſt. Sed & iiſdem quoque horis vel *Oleoſa*, vel *Lac* qualecunque frequenter hauſta, aſſumti Veneni ſpicula quàm potentiſſimè obtundunt; quibus & ſuperius recenſita, nec non *Juſcula avenacea* & *hordeacea*, *Gelatina C. C.* &c. jungantur. Sic & qui Antimonium laborando tractant, tutos ſe præſtabunt à noxâ fumorum antimonialium, ſicubi ante labores ſem- *Butyrum recens* fruſto *Panis* toſto ſuperinductum comedant, non neglecto *Vini rubri* boni hauſtu. Alii etiam inter laborandum *Cremorem Hordei* fortiter naribus attrahunt, atque hinc per nares tantùm reſpirant.

*Adamas.* §. 7. Nonnulli *Adamantem* inter Venena interna quoque reponunt, quantum licet ſubtiliſſimè pulveriſâtum, verùm difficulter primò in pulverem vertitur, & etiamſi verſus ſit, non aliter tamen operabitur, quàm v. gr. *Vitrum pulveriſatum* & *deglutitum*, quâ ratione particulæ aſperæ & acuminatæ talium rerum ſeſe facilè intra villos membranularum nervearum inſinuâre, ibi tenaciter obhærere, atque paulatim Inflammationem, putredinemque inducere poſſunt, cum ſubſequentibus variis ſymptomatibus, Dolore ſcilicet præcordiorum, Paſſione colicâ, Deliquiis Animi, Syncope, &c. Contra hocce igitur Veneni genus primò omnium quadrat exhibitum *Vomitorium*, poſtmodùm autem *Abſorbentia* & *Inviſcantia* ſuperius jam prolixè deſcripta in uſum vocentur.

*Arſenicum* §. 8. Inter vehementiſſima Venena meritò referimus cum Viris doctis *Arſenicum*, ſive *nativum* illud è Metallis prognatum, nunc *citrinum*, *Auripigmentum* dictum, nunc *rubeum*, *Sandaracha* appellatum; ſive *factitium*, vel ex *Auripigmento* & *Sandarachâ*

*daracbâ* mixtis per ſublimationem, vel ex *Auripigmento* & *Sulphure*, additâ ſubinde *Calce vivâ* atque *ſale*, ſimul invicem calcinatis confectum. Cui veneno ſpecialiter in principio ſtatim opponitur *Vomitorium*, ac poſt ejus operationem finitam ſequentia proficua dantur.

℞. *Conſerv. flor. Roſ. rubr.*
*Tunic.*
*Betonic. ana* ℥ß.
*Elect. Diaſcord. Frac.* ʒij.
*Ocul. 69. ppt.*
*Antimon. diaphor.*
*Cryſtall. alb. ppt.*
*Ebor. ppt. ana* ℈j.
*Eſſent. Croc.* ℈ß.
*Syr. Violar. q.ſ.*
*M. F. Elect. molle d. ad Oll. Doſis ſæpè Nucistæ magnitudo.*

Vel ℞. *Antimon. diaphor.* ℈iiij.
*Corall. rubr. ppt.*
*Ungul. Alc. ppt. ana* ℈ij.
*M. F. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æq. m. ac v. ſumendas.*

Vel ℞. *Terr. ſigillat.* ʒj.
*Antimon. diaphor.*
*C. C. ph. ppt.*
*Bezoard. miner. ana* ʒß.
*Ægagropil.* ℈j.
*Lapid. bezoard. occ.* ℈ß.
*Elæoſacch. Citr.* ʒiß.
*M. F. Pulv. ſubt. in* viij. *doſ. æq. ad chart.*

Vel ℞. *Aq. Plantag.*
*Burſ. paſtor.*
*Scord. ana* ℥j.
*Cinam. bugloſſat.* ℥ß.
*Syr. flor. Tunic.*

*Bellid. min. ana* ℥ij.
*Confect. Alkerm.* ℈ij.
*Matr. perl. ppt.*
*Bezoard. miner.*
*Dent. Hippopot. ppt. ana* ℈j.
*Elæoſacch. Aurant.* ℥j.
*M. ad Vitr. detur frequenter cochleatim.*

His Remediis etiam jungenda ea, quæ mucilaginoſitate quâdam Veneni aſſumti ſpicula obtundere valent, quemadmodum ſuperius jam plura indigitavimus. *Externè* ſequens *Emplaſtrum* ſtomachi regioni interea applicetur:

℞. *Empl. de Cruſt. Pan.* ℥ij.
*Pulver. Myrrh.*
*Menth.*
*Abſynth. ana* ℥iß.
*Flor. Roſar. rubr.*
*Maſtich. ana* ℈iiij.
*Ol. Nuciſt. expr.* ℥j.
*deſt. Menth.* ℈ß.
*Reſin. & Cer. ana q. ſ.*
*M. F. Emplaſtr. tenax alutæ ſuperinducendum.*

*Plumbum.* §. 9. *Plumbum* vel *ſimplex* vel *uſtum*, & quæ inde parantur *Ceruſſa*, *Minium*, *Lithargyrium*, propter *arſenicale Sulphur* minus digeſtum, ſuam etiam vim corroſivam & venenatam in noſtrum corpus exercere valent. Quibus tamen Venenorum ſpeciebus poſt procuratum arte vomitum *Theriaca* vel *Mithridatium* cum *Lacte*, *Butyroſis* & *Oleoſis* proſunt; in quorum Remediorum uſu tamdiu æger continuabit, donec ſentiat, Venenum è corpore eſſe diſcuſſum.

*Mercurius.* §. 10. Succedit inter mineralia venena *Mercurius*, ſive *vulgaris* & *vivus*, ſive *ſublimatus*, aut *præcipitatus corroſivus*. Etſi enim ex hoc Metallo egregia

egregia varia præparari poſſint Remedia, omnem ſeri ſanguinei ſtagnantis coagulationem potentiſſimè reſolventia, nihilominus tamen exhibet etiam ſummè nocivum virus, tantoque id magis, quando cum Salibus acidis corroſivus eſt redditus. Huic autem Veneno eodem modo occurrimus, quo Arſenicum deſtrui poſſe diximus. Quod ſi crudus ſit aſſumtus, vel extus etiam Amuletis appenſis poros corporis fuerit ſubingreſſus, tum ante omnia *Purgans* eſt exhibendum: v. gr.

℞. *Antimon. diaphoret.*
*Bol. Armen. ppt. ana* ℈j.
*Sulphuris aurati Antimonii gr.* ij. *vel* iij.
*Fol. auri num.* j.
*M. F. Pulv. ſubt. detur pro doſi.*

Vel ℞. *Pulver. fol. Majoran.*
*Hyſſop.*
*Rutæ.*
*Terr. ſigillat. ana gr.* v.
*Scammon. ſulph. gr.* viij. *ad* ℈ß.
*Fol. auri num.* j.
*M. F. Pulv. ſubt. pro doſi.*

Poſt *purgans* ſtatim *Bezoardica ſudorifera*, maximè ſub Decoctorum formâ ſunt exhibenda; ubi præ aliis laudatur *Decoctum Plantarum aromaticarum* & *nervinarum*, v. gr. *Meliſſæ, Hyſſopi, Origani, Salviæ, Abrotani, Roriſmarini, Chamæpiteos, Pimpinellæ, Rutæ, Scordii*, &c. Quibus *Cardiaca* tam *Electuaria*, quàm alia ſuperius jam deſcripta adjiciuntur. Imò ſudor etiam in *Balneo Aquæ dulcis*, vel Laconico horum Remediorum ope procuratus valdè prodeſt.

§. 11. Si autem *ſublimatus Mercurius* & *corroſivus* Ventriculum qualicunque modo ſubiit, ſtatim hauſtus *Lixivii* aut *Aquæ muriaticæ*, qualis ſupernatat *Braſſicæ Sale conditæ*, propinatur, poſtea *Mercurius ſublimatus corroſivus.*

(U) 2 verò

verò ad præſcriptionem *Theriacalium*, ut & *mucilaginoſorum & Pulverum bezoardicorum* pergatur. Nonnulli pro *ſpecifico* hic admittunt partim *Cryſtallos albas*, ad ʒj. datas, partim *Oleum Tartari per deliquium* ad ʒij. cum vehiculo convenienti præſcriptum.

# TITULUS II.

## *De Venenis Vegetabilibus atque eorum Antidotis.*

§. I.

Opium. INter *Venena vegetabilia* primum locum meritò tenet *Opium*, quod licèt egregium & efficax Medicamentum doſi juſtâ exhibitum exiſtat, nihilominus tamen ultra doſin aliquot granorum aſſumtum ſomno perpetuo occaſionem dat, naturamque in operationibus ſuis vitalibus prorſus deſtruit. Quid verò Opium propriè ſit? Ex quibus principiis componatur? Et quando operetur? illud verò prolixius à *Celeb.* Joh. Georg. Wedelio in *Opiologiâ*, quin & à Michaële Ettmüllero, in *Diſſertatione de Opio* exponitur. Noſtri verò inſtituti hic eſt, ſpecificè ſolùm docere, quomodo Venenum quodvis deſtrui debeat? Quam ob rem in principio ſtatim, dum adhuc major portio *Opii* in ventriculo latitat, *Vomitorium* aliquod exhibendum, hinc etiam *Clyſteres* injiciendi; hac demum accedendum ad ea Remedia ſpecifica, quæ ſulphur illud Opii narcoticum potenter adoriri & deſtruere valent, qualia ſunt *Spiritus Salis armon. urinoſus*, vel ſimplex, vel *oleoſus* redditus, tam externè naribus applicandus, quàm intus etiam ad ℈j. ſubinde exhibendus.

*Specifica*

*Specifica* tamen magis eſt *Tinctura Caſtorei cum Spiritu Sal. armon. urinoſ. parata*, ut & *Eſſentia Myrrhæ, Cinamomi, Sal. volat. C. C.* aut *Viperarum, Spiritus Juniperi, Spiritus volatilis Eboris, Eſſentia Angelicæ, Rutæ*, aut *Zedoariæ*, quæ cum vehiculis appropriatis propinari diligenter poſſunt.

§. 2. *Opio* ſubjungimus *Fungos terreſtres* varii generis *venenatos*, à quibus comeſtis maximum vitæ aut mortis periculum imminet. Huic autem Veneno debellando atque è corpore expellendo eadem methodus præſcribi poteſt, qualis contra *Opium* fuit ordinata, & quia *Mel* pro ſpecifico talium Venenorum Antidoto vulgariter habetur, ideo etiam *Alexipharmaca* tam fixa, quàm *volatilia* cum ipſo *Melle* facilè propinari poſſunt. *Fungi terreſtres.*

§. 3. Sequuntur in Venenorum Vegetabilium ſerie *Napellus, Aconitum, Cicuta*, ſive *terreſtris*, ſive *aquatica, Colchicum, Nux Vomica, Eſula, Nicotiana, Helleborus albus, Hyoſcyamus, Ranunculus, Cynogloſſa, Mandragora, Solanum furioſum, Flos African. Pulſatilla*, & id genus. Quorum ſulphura impura & ſalia acria corroſiva deſtrui poſſunt, poſt exhibitum antea, ſi adhuc tempus eſt, *Vomitorium, Lixivioſis ſalibus, Pulveribus alexipharmacis*, tam *volatilibus* quàm *fixis*, inprimis *Caſtorei , Myrrhæ, Bezoardici mineralis, Antimonii diaphoretici, Eboris ppti, Pulver. radicum Anthoræ, Petaſitid. Gentian. Angelicæ, Contrayervæ, Carlinæ* &c. quibus adduntur *Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii, Mithridat. Theriaca Andromachi*, niſi *Venenum* ipſum narcoticæ exiſtat naturæ. Multum quoque in talibus caſibus prodeſt *Lac bubul.* affatim & frequenter hauſtum, ut *Cremor Hordei* atque *Gelatina C. C.* &c. *Napellus, &c.*

# TITULUS III.

## *De Venenis Animalibus, atque eorum Antidotis.*

§. 1.

*Venena animalia.* V*Enena Animalia* longè ſubtiliora ſunt & ſpirituoſiora cœteris, hinc promptius in ſanguinem penetrant, citamque ejus diſſolutionem moliuntur, niſi confeſtim medela adhibeatur. Operantur talia Venena fermentativâ quâdam vi, quâ ob ſal peregrinum ex irato Animali in vulneratam partem illatum, mox ſerum & ſanguis, eorumque particulæ à ſe invicem diſſolvuntur & disgregantur, quibus ſolutis, & ſpirituoſo ſalinis nullo amplius repagulo prehenſis exhalantibus neceſſe eſt, Maſſam ſanguineam vappeſcere, lentorem ſive viſcidam craſſitiem acquirere, atque inſtrumentum conſerſervandæ vitæ minus idoneum reddi.

*Operatio Veneni.* §. 2. *Ictu* verò ſive *puncturâ* atque *morſu Animalia* venenatam in Vulnera ſalivam exſpuunt; in quibus Vulneribus dein vel obhæret, ulterius progredi neſciens; vel in vaſa ſanguinea læſa ulterius penetrat, & cum ſanguine miſcetur, vel tandem in nervulos irruit, & cum omnibus animalibus permixta ſtatim Convulſiones, propter excitatum impetuoſum ſpirituum motum excitat, mortemque brevi inducit.

*Venena diverſa.* §. 3. *Morſus* tamen & *ictus* illi rabidorum aut *iratorum Animalium* magis minusve deleterii exiſtunt, aliis promptè necantibus, tardius aliis, pluribus etiam innoxiis evadentibus. A *Tarantulis*, ſive *Araneis* illis *marinis* Apuliæ, qui punguntur, continuò ſaltare coguntur, donec imaginatio à Veneno læſa fuerit ſanata. A Canibus vel Lupis rabidis demorſi *Hydrophobiam* vel brevi vel poſt aliquot

quot demum menſes aut annos incurrunt, niſi Venenum prorſus fuerit excuſſum, ſive extractum. *Scorpionum*, *Aranearum*, *Apum*, *Scarabeorum*, *Viperarum*, &c. morſus & ictus, pro diverſâ Vulnerum & injecti Veneni ratione, quantitate & qualitate, nunc tardius, nunc citius ſuam vim deleteriam exercent.

§. 4. In Curatione ſtatim vulneratus locus *Aquâ muriatica* ſive *ſimplici*, cui *Sal ſolutum* inſit, vel *Lixivio*, *Spiritu Vini camphorato*, aut *Spiritu theriacali*, calidè eluatur, dein promptè *ſcarificetur* Vulnus, aut *Emplaſtrum veſicatorium* mox imponatur cum *Theriacâ*, *Emplaſtro de Meliloto*, ut & *Oleo Succini* & *Caſtorei* permixtum. Quo *Emplaſtro* Venenum omne promptè extrahitur, vel ita ſanè debellatur, invertitur aut præcipitatur, ut nocere amplius haud valeat. Deinceps in quavis deligatione Vulnus ſupra dicto aliquo liquore eluatur, hinc *Oleo Scorpionum*, *Rutæ*, *Chamomillæ*, *Balſamoq; Peruviano* percuretur. Nonnulli *Cucurbitulas* cum ſcarificatione in principio quoque ſuadent, Remedium certè non contemnendum, & hinc ſolito modo Vulnus tractant. *Curatio.*

§. Si pars vulnerata Inflâmmationem acquiſiverit, ea ſimul Remedia applicabuntur, quæ aliàs Inflammationem diſcutere valent. Sunt, qui Pullum gallinaceum aut Gallinam per medium dividunt, alteram ejus adhuc calentem partem Vulneri imponunt, ſicque feliciter infuſi Veneni ſpicula invertunt atque obtundunt.

§. 6. *Internè* in ejuſmodi caſibus *Bezoardica* ſtatim exhibebuntur, & jugiter continuabuntur, donec nulla amplius Veneni veſtigia hinc inde appareant. Hunc in finem *Theriacalia* non ſine ratione commendantur, ut & *Salia volatilia oleoſa*, *Spiritus* *Interna remedia.*

*tus volatiles*, *Mixtura ſimplex*, &c. cum *Aquâ Scordii*, *Betonicæ*, *Veronicæ*, *Scorzoneræ*, *Florum Sambuci*, *Cardui benedicti*, *Succiſæ*, *Borraginis*, &c. Beneficio quorum Remediorum ſudor ſæpius proliciendus eſt. Alii pro *ſudorifero Bezoardico* non ſine ſucceſſu quoque exhibent *Vinum medicatum*, in quo nimirum *Radices Angelicæ*, *Caryophyllatæ*, *Carilnæ*, *Zedoariæ*, *Ariſtolochiæ*, *Gentianæ*, *Dictamni albi*, *Petaſitidis*, *Violarum*, &c. ut & *Folia Scordii*, *Veronicæ*, *Hyſſopi*, *Salviæ*, *Origani*, *Majoranæ*, *Chamædreos*, *Rorismarini*, *Baccæ Lauri* ac *Juniperi*, *Semina Fœniculi*, *Dauci*, *Aquilegiæ*, &c. fuerint decocta, *Mixturæ* quoque *Cardiacæ* non negligendæ, cum *Syrupo acetoſitatis Citri* efficaciores & gratiores redditæ, etenim acidula ejusmodi Remedia reliquis prudenter juncta, omnem in Curatione talium Affectuum paginam abſolvunt.

*A Tarantulâ icti.* §. 7. Qui à *Tarantulâ* icti ſunt, eo curabuntur modo, quem *Athanaſius Kircherus* in ſuo *Tractatu de Magnete* luci publicæ expoſuit, ſed heic tamen etiam locus aliquis *Bezoardicis univerſalibus* concedendus eſt, imò *Venæ Sectio* ſimul forſan multum ad reſtituendam læſam Ægri phantaſiam contribuere valet.

*Inſectorum morſus.* §. 8. *Veſparum*, *Apum & Aranearum ictus* ſequi promptè ſolet dolor vehemens tamdiu durans, donec vel aculei, ab hiſce Animalculis infixi fuerint exempti, vel immiſſæ Veneni particulæ exhalârint. Quam ob rem aculeus ſtatim eſt extrahendus, quod fit, ſi *Cepas* aut *Allium* cum *Theriacâ* & *Melle* contuſum imponatur. Alii ſubſtituunt *Cataplaſma* è *Cineribus Lignorum*, *Theriacâ* & *Aceto* compoſitum. Subinde aculeus ille per *Cucurbitulas cum ſcarificatione* applicatas felicius extrahitur. Extracto autem aculeo pars icta ſubinde eluitur *Aceto*

*to rutaceo*, cui ſimul *Scordium* & *Salvia* fuerint incocta, hinc verò *Scorpionum*, *Scarabeorum* aut *Lacertarum Oleo*, vel etiam *Balſamo Peruviano* perſanatur. Compertum & hoc habemus, *Araneæ ictum* ſolius *Salviæ* aut *Cochleariæ* foliis recentibus probè mundatis, cum Spiritu Anthos contuſis, & applicatis, promptè feliciterque ſanari.

§. 9. *Cantharides*, ſi vel intus aſſumtæ, vel extus applicatæ virus ſuum in corpore exerceant, ac inprimis vias Urinæ arrodant, inflamment & exulcerent, ſicque Stranguriam periculoſam excitent. Vel etiam ſicubi in ipſis primis viis corroſionem inſtituant, cum ſubſequentibus Animi deliquiis, Cardialgiâ, Torminibus, Dyſenteriâ, &c. tum in principio ſtatim *Olei Amygdalarum dulcium* vel *Violarum*, aut *Lactis bubuli*, frequentes propinentur hauſtus, vel etiam *Emulſiones Amygdalarum* cum *Seminibus* 4. *frigidis majoribus* paratæ ordinentur. Quâ ratione corroſiva volatilitas Cantharidum potenter obtunditur, infringitur & corrigitur. *Cantharidum noxa.*

§. 10. Tandem *Ictus Scorpionum internè* quidem Remediis hactenus dictis, ſed minimè omiſſis diaphoreticis fixis tractari poſſunt. *Externè* autem ſolent ſtatim Animalculum ipſum vivum contuſum & contritum ictæ parti applicare; hâc enim ratione, prout frequens teſtatur experientia, omnem à morſu aliàs inferendam noxam arcent, in quantum particulæ contriti Animalculi non ſecus ac Veſicatoria lancinando fibrillas cutaneas ad excretionem tum lymphæ naturalis, tùm Veneni ipſius ſtimulant. *Scorpionum ictus.*

# CAPUT XXXVI.

## *De Diaphoreticis & Sudoriferis.*

§. 1.

*Deſcriptio.* DIcuntur *Diaphoretica* ea Remedia, quæ halituoſas particulas humorum ſub formâ inſenſibilis tranſpirationis per poros cutis expellunt. *Sudorifera* autem ea appellantur, quæ vaporoſam materiam ſub viſibilis humiditatis ſpecie per Glandulas cutis miliares extrudunt. Ut adeo non niſi gradualis intercedat inter iſta Remedia differentia, & quæ minori doſi *diaphoreſin* procurant, majori doſi *ſudorem* eliciant.

*Quando ſudorifera neceſſaria.* §. 2. Quando ergo Medicaminum talium uſus tum maximè indigitatur, cùm ſanguis, ſive humores Machinæ humanæ circulantes, vel à copiâ, vel etiam à viſciditate ſeroſarum particularum in motu ſuo impediuntur, ut inde naturalis quoque transſpiratio inſenſilis ſubſiſtat, hinc judicare licet; *Diaphoretica & Sudorifera* eas obtinere debere qualitates, quæ ſerum, ſive ſuperfluum, ſive viſcidum, attenuando, fundendo atque præcipitando, ſanguinis motum, calorem atque conſiſtentiam naturalem reſtituere valent.

§. 3. Quæcunque ergo ſale pollent alcalino-nitroſo, aut ammoniacali ſalino, vel mercuriali metallico, acidam ſeri fixitatem fundente; vel quæ eandem aciditatem abſorbent; quæ porrò particulas blandè-acidulas volatiles, vel ſulphureas balſamicas, alcalino-ſalinas, aut etiam aqueas nitroſas plus minus volatiles in ſe habent, ea omnia in ſudoriferorum claſſem veniunt recenſenda. Præcipua autem materia conſiſtit in ſequentibus, v.gr.

*Radicis*

*Radices Chinæ, Sarſæparillæ, Dictamni, Contrajervæ, Angelicæ, Carlinæ, Petaſitidis, Scorzoneræ, Gentianæ, Vincetoxici, Ariſtolochiæ, Cichorii, Acetoſæ, Fragar. Taraxac. Ligna Saſſafras, Guajacum, Juniperinum Cortex Ligni ſancti, Chinæ, Herbæ Agrimoniæ, Fumariæ, Scabioſæ, Cardui benedicti, Cardui Mariæ, Cherefolii, Alliariæ, Taraxaci, Abſynthii, Centaurii minoris, Scordii, Naſturtii, Cochleariæ, Flores Calendulæ, Sambuci, Semina Aquilegiæ, Napi, Cardui benedicti, Lactucæ, Apii, Naſturtii, Citri, Lapis Bezoardicus orientalis aut occidentalis, Cornu Cervi, Unicornu foſſile & verum, Dens Hippopotami, Sanguis Hirci, Os de corde Cervi, Margaritæ, & Mater Perlarum, Ebur pptum, Conchæ pptæ, Antimonium diaphoreticum, Bezoardicum minerale, Pulvis bezoardicus Sennerti, pannonicus ruber, Magiſterium Antimonii, Cinnabaris nativa* vel *Antimonii, Regulus Antimonii medicinalis, Flores ſulphuris, Salis arm. Spinæ Viperarum pptæ, Salia plantarum lixivialia,* item *Spiritus volatil.* ac *Salia volatil.* diverſa, *Tinctura bezoardica, Acetum bezoardicum, Aqua Cardui benedicti, Cardui Mariæ, Florum Sambuci, Calendulæ, Scabioſæ, Succiſæ, Rubi idæi, Nymph. Cichorii, Galegæ, Acetoſ. Agrimon. Graminis, Angelicæ, Lactucæ, Taraxaci, Boraginis, Bugloſſæ, Fumariæ, Cherefolii, Endiviæ, Naſturtii, Cochleariæ, Cardiaca officinalis, Syrupus Rubi idæi, Capill. Vener. de Nymphæâ, Ribium, Ceraſ. acid. Violar. Berberum, Citri, de Agreſtâ, Acetoſellæ, Corallorum, Granatorum acidorum,* &c. *Roob Juniperi, Sambuci, Ebuli, Theriaca Andromachi, Mithridatium Damocratis, Electuarium Diaſcordium Fracaſtorii,* ut & *Orvietanum.* E quibus formulæ variæ, ſequentem in modum concinnantur: *Materia ſudoriferorum.*

℞. *Radic. Contrajerv.* ℥ij.
*Chin.*

*Sarſ.*

*Sarſ. parill. ana* ℥ß.
*Cortic. Lign. Saſſafr.*
*Sanct. ana* ʒij.
*Herb. Scabioſ.*
*Fumar.*
*Succiſ. ana* Mß.
*Sem. Aquileg.*
*Aniſ. ana* ʒiß.
*Antimonii crud.* ℥j.

*Inciſa & contuſa coque in* Mij. *Aq. fontan. per horam integram, aut bihorium, ſuper lenem ignem in vaſe duplici, Colatura album Ovor. clarificata, d. ad Vitr. Doſis* ℥vj. *vel* viij. *m. ac v.*

Vel ℞. *Radic. Scorzoner.*
*Chin. ana* ℥ß.
*Lign. Saſſafr.*
*Sanct. ana* ʒiij.
*Herb. Sanicul.* Mij.
*Agrimon.*
*Cherefol. ana* Mj.
*Semin. Fœnic.* ʒiß.
*Bol. Armen.* ℥ß.

*Inciſ. & contuſ. coq. in Aq. fontan.* Miß. *ſuper lenem ignem, per horam in vaſe duplici.* Colaturæ clarificatæ cyathus hauriatur pro doſi.

Vel ℞. *Aq. Fumar.* ℥j.
*Scabioſ.*
*Flor. Samb.*
*Card. bened.*
*Syr. Rub. idæi. ana* ℥ß.
*Antimon. diaphor.*
*C. C. ph. ppt. ana* gr. xv.
*M. F. potio pro doſi.*

Vel ℞. *Aq. Cherefol.*
*Card. Mar.*

*Succiſ.*

*Succiſ.*
*Taraxac. ana* ℥vj.
*Syr. Acetoſit. Citr.* ℥ß.
*Ebor. ppt.*
*Bezoardic. miner.*
*Unicorn. foſſil.*
*M. F. Potio pro doſi.*
Vel ℞. *Aq. Borrag.*
*Acetoſ.*
*Lactuc.*
*Carlin.*
*Ulmar. ana* ℥ß.
*Syr. Acetoſell.*
*Ribium. ana* ʒiij.
*Magiſt. Antimon. diaphor.* ℈ß.
*Ocul.* 69. *ppt.* ℈j.
*M. F. Potio pro doſi.*
Vel ℞. *Aq. Card. bened.*
*Scabioſ. ana* ℥iß.
*Syr. Granat. acid.* ʒiij.
*Mixtur. ſimpl.* ℈j.
*Sacchar. perlat.* ℈iiß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Aqu. Cherefol.*
*Bugloſſ. ana* ℥ij.
*Roob. Juniper.* ʒj.
*Theriac. Andromach.* ʒß.
*M. f. Potio pro doſi.*
Vel ℞. *Aqu. Borrag.*
*Card. ben. ana* ℥iß.
*Elect. diaſcord. Frac.*
*Mithridat. Damocr. ana* ʒß.
*Antimonii diaphor.* ℈ß.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Antimonii diaphoret.* ℈iiij.

*Bol.*

*Bol. armen.*
*C. C. pph. ppt.*
*Ebor. ppt.*
*Bezoard. miner.*
*Ocul. 69. ppt.*
*Mandib. Luc. piſc. ppt. ana* ℈ij.
*M. ad ſcat. Doſis* ℈j. *ad* ℈ß.

Vel ℞. *Pulver. pyrii.*
*Card. ben. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. pro doſi.*

Vel ℞. *Antimon. diaphor.* ℈ij.
*Lapid. prunell.* ℈j.
*Camphor. gr.* iiij.
*M. f. Pulv. ſubt. in* ij. *doſ. æq. ad ch.*

Vel ℞. *Antimonii diaphor.*
*C. C. pph. ppt. ana* ℈ij.
*Flor. Salis armon. hæmatit.* ℈j.
*Cinnab. nativ. opt. gr.* xii.
*M. f. Pulv. ſubt. in* iiij. *doſ. æqu. ad ch.*

Vel ℞. *Roob. Sambuc.*
*Ebul.*
*Theriac. Androm. ana* ℈j.
*Terr. ſigillat.*
*Bezoard. miner. ana* ℈ß.
*Cum ſacch. f. Bolus pro doſi.*

Vel ℞. *Elect. diaſcord. Frac.* ℈ij.
*Conſerv. Roſ. rubr.* ℈j.
*Pulv. Pannon. rubr.*
*Antimonii diaphor. ana* ℈ß.
*Cum Sacch. f. Bolus pro doſi.*

Vel ℞. *Roob. Juniper.*
*Mithridat. Damocr. ana* ʒß.
*Pulver. pyrii* ℈ij.
*Cum ſaccharo f. Bolus pro doſi.*

Vel ℞. *Sang. Hirc. ppt.* ℈iiij.

*Dent.*

*Dent. Apri ppt.* ℈j.
*M. f. Pulv. ſubt. in* ij. *doſ. æq. ad ch.*

℞. *Conſerv. Roſar. rubr.*
*Elect. Orvietan. ana* ʒß.
*Magiſt. Spin. Viper.* ℈j.
*Antimonii diaphor.* ℈ß.
*Cum Sacch. f. Bolus pro doſi.*

§. 4. In uſu *Sudoriferorum* inter alia notandum, prius fixa talia præſcribi debere, poſtea verò iſtis nihil operantibus ad magis ſalina procedendum eſſe. Imò & hoc benè advertet Medicus, ne in difficilioribus Complexionibus ſudorem inſtrumentis quoque externis cogere aut nimium exprimere conetur; quandoquidem ſerum craſſius per ſudorem præcipitari ſe vix patitur, priusquam ſit valdè attenuatum & probè ſolutum, quod demum contingit, ubi doſes plures Diaphoreticorum plus minus ſalinorum aſſumtæ fuerunt. Quod ſi præterea ſudor confertim profluat & frequenter etiam urgeat, tum ad præcavendum ſudorem colliquativum nil melius eſt, quàm acidulos Syrupos ut & fractas doſes diaphoreticorum Mixturis ſalinarum permiſcere, ſicque non ita frequentibus vicibus propinare.

## CAPUT XXXVII.

### *De Diureticis Remediis.*

§. 1.

INter Evacuantia *Univerſalia* non poſtremum occupant locum Remedia dicta *Diuretica*, quæ ſeroſas ſanguinis particulas incidunt, attenuant, ac per glandulas tubuloſque renales copioſè propellunt. *Deſcriptio.*

pellunt. Unde patet, Medicamenta hæc inprimis dicata eſſe *Sero* ſanguinis reſolvendo & expurgando, quando ſcilicet vel *quantitate* exſuperante, vel etiam *qualitate*, nimirum craſſitie, lentore ac viſciditate peccat.

*Modus operandi.*

§. 2. Modus operandi talium Remediorum in eo conſiſtit, quod particulæ eorum ſatis mobiles ac volatiles, ſicubi maſſam ſanguineam ſubieruut, in ipſâ paulatim vel ſalia acido-ſalſa, coagulandi vi prædita, abſorbeant, ſicque ſeroſis, hactenus multum ligatis, particulis vincula ſolvant, quo tanto copioſius ac melius per poros Glandularum renalium tranſcolari queant; vel lentorem ac viſciditatem nimiam Seri particulis ſuis ſalino-alcalinis aut ſulphureo-ſpirituoſis valdè incidant, ſicque priſtinam mobilitatem & aptitudinem ad ſecretiones varias, inprimis Urinæ, reſtituunt, vel denique Obſtructiones, ſi quæ in tubulis renalibus hærent, ſolvant, viasque occluſas particulis nunc ſalino-lixivioſis & fixis, nunc etiam volatilibus plus minus ſulphureis adaperiant, quo facto ſeroſa ſanguinis portio felicius per Renes tranſcolari poteſt.

*Diuretica quæ propriè ſint, aut dici mereantur.*

§. 3. Itaque in *Diureticorum* claſſem referimus, quæcunque ſerum ſanguinis nimis craſſum tenuius & fluxilius reddere, aut etiam fibrillas tubulorum renalium nonnihil vellicare ſive ſtimulare poſſunt, qualia exiſtunt primò *aquoſa phlegmaticis particulis* copioſis gaudentia, ubi tamen notandum eſt, Liquoribus ejuſmodi aquoſis Nitrum aëreum ſubtiliſſimum ac diureticum ineſſe; ſecundò *Salina*, quæ particulis ſalinis, nunc volatilibus, nunc fixis, utrisque tamen alcalinis, vel acido-volatilibus pollent, ſic enim *Sal volatile ſuccini, Spiritusque Formicarum* aut *Terebinthinæ* ceu volatilia *acidiuſcula,*

*1. Aquoſa.* *2. Salina.*

*la*, Urinam ſimiliter movent; tertiò *Salino-ſulphurea*, in quibus particulæ oleoſo-ſulphureæ cum nonnullis ſalinis plus minus eminent, prout in *Seminibus frigidis*, *Nucleis Perſicorum* ac *Semine Violarum*, *Nymphææ* &c. exiſtunt. *3. Salino-ſulphurea.*

§. 4. Non malè dividuntur autem *Diuretica* in *propriè* & *impropriè dicta*; quorum illa quidem dicuntur, quæ propriè particulas heterogeneas per vias Urinæ expellunt, apud Veteres interdum nomine *Diureticorum calidorum* venientia: hæc verò *impropriè* dicta non præciſè per Urinam purgant, quicquid in Maſſâ humorali heterogeneum exiſtit, ſed potius copioſam Urinæ materiam ſuppeditant, atque ſic à Veteribus *frigida* ſunt appellata. *Diuretica propriè dicta calida.* *impropriè dicta.* *frigida.*

§. 5. Remedia ergo *Diuretica impropriè* dicta erunt *Aquoſa* omnia, affatim hauſta, quemadmodum ſunt *Acidulæ* aliæve *Aquæ minerales*, item *Vina diuretica* admodum tenuia & ſubtilia, ut & *Aquæ deſtill. Lactucæ, Alkekengi, Petroſelini, Nymphææ, Anſerinæ, Flor. Sambuc. Agrimoniæ, Ononidis, Aſparagi, Apii, Graminis, Vincetoxici, Urticæ, Saxifragiæ, Geniſtæ, Bardanæ, Ruſci.* Quo refer & *Decocta* talium Plantarum, item Decoctum *Granorum Coffée toſtorum* & *Infuſum Herbar. Thée, Urtic. Hed. terr. Virg. aur. Pimpinellæ, Chamædryos, Lixivia è Cineribus Ligni Juniperin. Fabar. Piſorum, Ononid.* &c. extracta ac pota. *Impropriè dicta ſunt aquoſa.*

§. 6. Propriè verò dicta *Diuretica* in Capite de *Nephriticis* magnâ ex parte fuerunt expoſita, ubi notandum tamen eſt, pro diverſitate humorum craſſorum diverſa etiam ſeligenda eſſe modò *fixa*, modò etiam *volatilia*. Etenim verbi gratiâ in uno Homine felicius operantur *mineralia diuretica*, in alio *vegetabilia*, in tertio *animalia*, id quod Practici in Hydropicorum curatione quotidie obſervant. *Propriè dicta è Nephriticorum claſſe petatur.*

Hinc ergo ſequentes formulas ex omnibus Regnis promiſcuè ſelectas, inque uſu frequenti exiſtentes exhibemus, v. gr.

℞. *Radic. Bardan. Carlin. Eryng. ana* ʒiiß.
*Herb. Cuſcut. Hed. terr.*
*Capill. Vener. ana* Mj.
*Flor. Geniſt.* Mß.
*Bacc. Alkekeng.*
*Semin. Fraxin. Fœnic. ana* ʒj.

*Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. Aq. fontan.* Colatura ℥iiij. m. ac v. pro doſi hauriatur.

Vel ℞. *Radic. Gramin.* ʒij.
*Ononid. Pimpinell. Vincetox.*
*Rub. Tinct. Ruſci ana* ʒj.
*Herb. Cherefol. Anſerin. ana* Mj.
*Summit. Roriſmar.*
*Virg. aureæ ana* Mß.
*Sem. Dauc. Saxifr. ana* ʒiß.
*Bacc. Juniper.* ʒj.

*Inciſ. & contuſ. coq. in Aq. fontan.* Miß. *ad quartæ partis conſumtionem. Colaturæ adde*
*Syr. de 5. Rad.*
*Eupator. ana* ℥iß.
*M. ad Vitr.* Doſis m. ac v. ℥iiij.

Vel ℞. *Aq. Halicacab. Fragor.*
*Ononid. ana* ℥iß.
*Syr. aperit. Minder.* ℥j.
*Spiritus Salis Tartar.*
*Ocul.* 69. *ppt. ana* ʒß.
*Sacch. roſat. tabul.* ʒij.

*M. ad Vitr.* Sumatur ſpatio xxiv. horarum quatuor hauſtibus.

Vel ℞. *Aq. Anſerin.* ℥j.
*Agrimon. Petroſel.*
*Apii Macedon. Portul. ana* ℥ß.

*Ocul.*

*Ocul.* 69. *ppt.* ʒß.
*Roob Sambuci, Juniper. ana* ℈j.
*M. ad Vitr. pro doſi.*
Vel ℞. *Tinctur. Silic. Glaub.*
*Salis Tart. ana* ʒiß.
*M. ad Vitr.* Doſ. xv. ad xxv. gtt. cum Vehiculo convenienti.
Vel ℞. *Tinctur. Mart. aperit.*
*Antimonii ana* ʒij.
*M. ad Vitr. Doſ.* xx. *ad* xxx. *gtt.*
Vel ℞. *Spiritus aperit. Penot.* ʒiij.
*Clyſſ. Antimon.* ʒß.
*M. ad Vitr. Doſis* xv. *ad* xx. *gtt.*
Vel ℞. *Arcan. Tartar.* ʒj.
*Salis Ononid. Polychreſt. ana* ʒß.
*M. F. Pulv. in* 4. *doſ. æq. ad chart.*
Vel ℞. *Salis Centaur. min. Polychreſt.*
*Card. bened.*
*Geniſt. Juniper. ana* ʒß.
*M. Fiat Pulv. div. in* v. *doſ. æq. ad chart.*
Vel ℞. *Ocul.* 69. *ppt.*
*Lapid. nephrit.*
*Teſtar. Ovor. ppt.*
*Diaphor. martial. ana* ʒj.
*Salis ſuccin. volat.* ℈ij.
*M. F. Pulv. ſubt. in* viij. *doſ. æq. ad ch.*
Vel ℞. *Cochlear. integr. unâ cum teſt. calcin. & ppt.* ʒij.
*Pulv. Radic. Ariſtol. rot. ver.* ʒj.
*Millep. ppt.* ℈ij.
*Croc. Mart. aperit.* ʒß.
*M. F. Pulv. ſubt.* De quo ſingulis trihoriis capiatur plenus cultri cuſpis.
Vel ℞. *Tereb. vitell. Ovor. ſol.* ℥ß.
*Syr. Bellid. min.*

*Capill. Vener. ana* ℥iij.
*Aq. Alkekeng. q. ſ.*
*M. F. Potio pro doſi.*

Vel ℞. *Tereb. optim.*
*Extract. Virg. aureæ ana* ℥ij.
*Succin. alb. ppt.*
*Ocul.* 69. *ppt.*
*Milleped. ppt. ana* ʒj.
*Ol. deſtill. ſuccin. q. ſ.*

*M. f. l. a. Pil. Piſi minoris magnitudine, inauratæ dentur ad ſcat.* Atque m. ac v. viij. vel x. capiantur pro doſi.

Vel ℞. *Spiritus Terebinth.* ʒiij.
*D. ad Vitr.* Doſis viij. vel x. ad xij. gtt. in Vino.

Vel ℞. *Balſam. ſulphur. terebinth.* ʒij.
*Ol. deſtill. Bacc. Junip.* ʒß.
*M. ad Vitr. Doſis* viij. *ad* xij. *gtt.*

Vel ℞. *Spiritus Fragor. Juniper. ana* ʒii.
*Aquar. Ononid. Saxifrag. ana* ℥ij.
*Syrup. de quinque Radicib.* ℥iß.
*M. ad Vitr. doſis cochleare plenum bis vel ter quotidie.*

Vel ℞. *Semin. Violar.* ℥ß.
*Melon. Cucumer. ana* ʒj.
*Fraxin. Milii ſol. ana* ʒß.
*Aq. Ononid.* ℥iiij.
*Fragor. Fœnic. ana* ℥iß.
*Cinam. bugloſſat.* ʒiij.
*M. f. l. a. Emulſio, cui adde*
*Julep. roſac.* ʒiij.
*D. ad Vitr. pro unâ vel* ij. *doſibus.*

CAPUT

# CAPUT XXXVIII.

## *De Remediis Lac augentibus & minuentibus.*

§. 1.

SUbinde in medicâ occurrit Praxi, ut Puerperæ vel lactantes Fœminæ conquerantur de *abundantia* nimiâ *Lactis*, aut de ejuſdem *defectu*. Quamobrem oportet, ut inſtructus ſit Medicus cognitione Remediorum, quæ partim Lac augere, partim illud minuere ſive parcius reddere valent.

§. 2. Ea ergo demum Remedia *Lac* in Mammis *augebunt*, quæ multum & copioſum reddunt Chylum, ſicque lacteam ſanguinis portionem adaugent, prout ſunt *Cibi eupepti* & *polychyli*, *Olera hortenſ.* & *Lacticinia*. Hinc talibus Feminis frequenquenter in Cibis exhibentur *Lac vaccinum*, *Blitum hortenſe*, *Portulaca*, *Lactuca*, *Hedera terreſtris*, *Emulſiones amygdalinæ*, *Semina Fœniculi*, *Nigellæ*, *Aniſi*, ut & *Decocta Hederæ terreſtris*, *Florum Sambuci*, *Trifolii pratenſis flore purpureo* & *albo*, *Herba Vincæ pervincæ*, &c. *Lac augentia.*

§. 3. Sed & Remedia dantur *ſpecifica*, quæ balſamicas ſanguinis lacteasque particulas ita fluxiles reddunt, ut ad tranſcolationem per Glandulas mammarias tanto aptiores ſint. Atque hunc in cenſum referimus *alcalina* varia, coagulum acidum, ſi quod eſt in ſanguine, deſtruentia, v. gr. *Lac Lunæ Magiſterium Antimonii diaphoretici*, *Cryſtallos pptas*, *Species diacryſtallor. Bezoardicum minerale*, *C. C. ph. calcinatum*, *Hederam terreſtrem*, *Lactucam*, *Portulacam*. Ex quibus vel doſes pulverum, vel etiam *Tragemata* cum *Semine Aniſi*, *Fœniculi*, &c. fieri poſſunt, frequenter ſumenda. Imò ſunt Feminæ, quæ externè quoque *Pimpinellam ſanguiſorbam*, re- *Specifica la augentia.*

center contuſam Mammis imponunt ad Lac eliciendum. Aliæ Aniculæ *Cryſtallum* quoque inter Mammas anterius ſuſpendunt ad Lac augendum, dorſo autem applicant ad illud minuendum. Omnium tamen optimum eſt *Mercurius vivus excavato putamini* Nucis *avellanæ* incluſus, & inter Mammas, inprimis ſi frictio Mammarum lenis præceſſerit, appenſus, verb. gr.

℞. *Cryſtall. alb. ppt.*
*Corall. rubr. ppt.*
*Lact. Lunæ,*
*Antim. diaph. ana* ʒj.
*Sacch. cand. alb.* ʒij.

*M. F. Pulv. ſubt. d. ad chart.* Doſis ſingulis ſeptem vel octo horis ʒß. cum *Aqu. Portulac.*

℞. *Aqu. Lactuc. Portul.*
*Hed. terr. ana* ℥iß.
*Syrup. Capill. ven.* ℥j.
*Lact. Lun.*
*Bezoard. min. ana* ℥ß.

*M. detur ad Vitr.* Singulis trihoriis duo cochlearia capiantur.

*Lac minuentia.* §. 4. Quæ autem Lac imminunt, itidem varia exiſtunt, videlicet *partim* quæ magnam ſeri portionem è corpore ſive per urinam, ſive per alvum educunt, unde *Diuretica* & *purgantia* è ſuis quæque Capitibus petenda, pro Lac minuentibus etiam ſunt habenda; *partim* quæ Maſſæ humoralis portionem auferunt, prout id per *Venæ ſectionem* contingit, *partim* quæ Chyloſæ materiæ proventum parcum exhibent, prout eſt *Diæta tenuis* atque *Jejunium*; *partim* denique, quæ Lac in Mammis cautè repellunt, prout ſunt *Ligaturæ Mammarum fortiores*, item *Cataplaſmata* ex *Petroſelino, Cherefolio, Leviſtico, Fœniculo, Dauco, Menthâ, Origano,* *Pule-*

*Pulegio, Alſine, Salviâ*, recentibus, invicem cum *Croco* contuſis & cum *Melle* mixtis, impoſita. *Celeberim.* Wedelius pro certiſſimo & omnium tutiſſimo Remedio obſervavit impoſitionem *Emplaſtri Diachyli ſimplic.* cui nos ſubſtituere ſolemus ſubinde *Ceratum ſimplex* ex *Oleo roſaceo* & *Cerâ*, nonnunquam addendo tantillum *Mellis*, compoſitum, vel *Emplaſtr. de Spermate Ceti, de Bacch. Laur. Diaphor. Mynſ.*

## CAPUT XXXIX.

### *De Errhinis & Ptarmicis Remediis.*

§. I.

ERrhina Remedia vocantur, quæ humorem ſeroſum è membrana Narium glandulosâ ſine ſternutatione eliciunt, ſicque muci ſecretionem promovent. *Ptarmica* autem ſive *Sternutatoria* eundem effectum præſtant, ſed cum fortiore fibrarum membranacearum vellicatione, & hinc ſubſequente ſternutatione multiplici. Neceſſitas horum Remediorum patet ex eo, quod ſubinde ablatâ muci ſecretione, aut etiam ſeri viſcoſi in glandulis Narium ſtagnatione variæ obſtructiones tubulorum lymphaticorum circa Frontem contingant, ac ſimul propter nimiam membranarum expanſionem dolorem Capitis in Fronte nunc remiſſiorem nunc intenſiorem producant. Cui ſymptomati non melius occurrere licet præmiſſo purgante, quàm Remediis nunc *errhinis* nunc *ptarmicis.* Uſque adeo autem neceſſaria eſt hæc muci per Nares ſecretio, ut Cerebrum nullatenus benè habeat, Homoque frequentibus Hemicraniis obnoxius reddatur, quando ſecretio hæc vel planè

*Quid Errhina?*

*Ptarmica.*

*Sunt remedia ſubinde neceſſaria.*

ceſſat, vel multum imminuitur. Interdum verò mucus in radicibus Narium diutius retineri ſolitus, & nonnihil exſiccatus putrilaginem concipit, fœtoremque deſe emittit, vix tolerabilem iis, qui cum ejuſmodi Hominibus verſantur. Accidit autem hoc frequenter illis, quibus Narium canalis in radice eſt anguſtus. Huic proin Affectui ſimiliter proſunt *Errhina* frequenter narrbus immiſſa.

*Quænam propriè ſint Errhina?*

§. 2. Ea igitur pro *Errhinis* habenda ſunt Remedia, quæ ſpiculis quibuſdam nitroſo-ſalinis, aut ſalino-ſulphureis fibrillas Narium membranaceas leniter pungunt, ſicque ad excretionem ſeri uberiorem ſtimulant. *Ptarmica* autem ſive *Sternutatoria* erunt, quæ particulis acrioribus pollentia fortius ſua ſpicula fibris membranaceis infigunt, ſicque poros nonnihil ſtringendo aut occludendo, aëri intus contento & compreſſo anſam præbent vim ſuam elaſticam exercendi, & cum impetu ſub formâ ſternutationis erumpendi.

*Quæ Ptarmica?*

*Errhinorum materia.*

§. 3. Materia *Errhinorum* varia eſt, inprimis autem eorum Claſſi accenſemus *Succos Betæ, Braſſicæ, Naſturtii, Majoranæ, Alliariæ, Anagallidis flore cœruleo,* aut *purpureo, Iridis, Nicotianæ*: item *Aquas* talium *Herbarum*, in iiſque ſolutum *Vitriolum album*, quando nimirum unciæ uni Aquarum immiſcentur *Vitrioli albi gr.* iiij. vel vj. Ita & ſimiliter unciæ uni talium Aquarum permiſceri poterunt *Spiritus Salis armon.* aut C. C. aliusve *volatilis gtt.* x. *vel* xij. plus minus. Fiunt & *Errhina* ſub formâ ſiccâ ex *Foliis* & *Floribus Herbarum cephalicarum* non ita acribus, in Pulverem redactis, vel cum *Sacchara* permiſtis. Subinde & *Spiritus Anthos, Aqua antapoplectica, Anhaltina,* aliave ſpirituoſa Naribus attracta errhinum præſtare poteſt. Denique *Oleum deſtillatum Majoranæ, Thymi, Roriſmarini*, aliudve ſimile,

ſimile, *Butyro* imiſtum & Naribus inditum, validè lympham, mucumque emollit ac educit.

§. 4. *Ptarmica* autem ſive *Sternutatoria* ſunt omnia *Purgantia*, & alia, quæ ſal acrius in ſe fovent, v. gr. *Helleborus albus, Gialappa, Mechoacanna, Semen Nigellæ, Flores Liliorum convallium, Pulvis Tabaci, Pulvis ſternutatorius Rulandi, Radix Pyrethri, Piper omne, Euphorbium.* Quibus etiam *Olea deſtillata aromatum* & *Plantarum cephalicarum* accenſere poſſumus. *Purgantia ſunt ſternutatoria.*

*Formulæ.*

℞. *Fol. Tabac. opt. ſicc.* ℥j.
*Herb. Majoran.* ʒj.
*Flor. Lil. Convall.* ℈ij.
*Betonic. Salv.*
*Roſar. rubr. ana* ʒß.
*Raſur. Lign. rhod.* ʒij.
*Rad. Helleb. alb.* ʒß.
*M. F. Pulv. groſſ. Naribus intromittendus.*

Vel ℞. *Fol. Tabac. Virginian.* ℥ij.
*Radic. Irid. florent.* ℥j.
*Lign. rhod.* ℥ß.
*Cyper. rotund.* ʒiij.
*Cinam. elect. Styrac. calam.*
*Summit. Amarac. Roriſmar.*
*Lavend. ana* ʒij.
*Caryophyllor. arom. Mac.*
*Flor. Roſar. rubr. ana* ʒj.
*Radic. Helleb. nigr.* ℈ij.
*Zibeth.*
*Moſch. orient. Spiritu Roſ. ſol. ana* ℈ß.
*M. F. Pulv. groſſiuſculus.*

Vel ℞. *Fol. Tabac. virginian.* ℥ij.
*Raſur. lign. rhod.* ʒiij.

*Summit. Amarac. Roriſmar. Thym.*
*Flor. Betonic. ana* ʒj.
*Paralyſ. Lil. convall.*
*Semin. Nigell. Aquileg. ana* ℈ij.
*Syrac. calam.* ʒß.
*Cinam. opt. Lign. Aloës ana* ℈j.
*Ol. deſtill. flor. Aurant. gtt.* xij.
*M. F. Pulv. groſſiuſcul.*
Vel ℞. *Fol. Tabac. virginian.* ℥iij.
*Summit. Lavendul. Thym.*
*Roriſmarin. ana* ʒij.
*Flor. Salv.*
*Roſar. Damaſc. anv* ʒiß.
*Sacch. albiſſ.* ʒiij.
*Eſſent. Jaſmin. gtt.* xv.
*M. F. Pulv. groſſ. d. ad ſcat.*
Vel ℞. *Aq. Majoran. Lavend. ana* ℥j.
*Fœnicul.* ℥ß.
*Betonic.* ℥ij.
*Spiritus Anth.* ʒvj.
*Ceraſ. nigr.* ʒij.
*M. ad Vitr. & Naribus immittatur frequenter.*
Vel ℞. *Aq. Anhaltin. Schrœder.*
*Naſturt. aquat.*
*Lil. convall.*
*Roſarum.*
*Succ. Anagall. ana* ℥j.
*M. ad Vitr.* Uſus ut ſupra.
Vel ℞. *Aq. Meliſſ. Majoran. ana* ℥ij.
*Salv. Roſar. ana* ℥ß.
*Vitrioli albi gr.* vj.
*M. ad Vitr.* Uſus ut ſuprà.
Vel ℞. *Aq. Betonic.* ℥ij.
*Chamædr. Roſar.*
*Spiritus Lil. convall. ana* ℥ß.

*Succ.*

*Succ. Betæ recent.* ℥vj.
*M. ad. Vitr.*
Vel ℞. *Butyr. recent. q. ſ. Coque in eo aliquid Majoranæ, florum Liliorum Convallium & Salviæ, & poſtea ex Butyro refrigerato fac paſtillos Naribus immittendos.*
Vel ℞. *Butyr. recent.* ℥ij.
*Ol. ſtill. Majoran.* ℈ß.
*M. d. ad Pyx. inde Naribus.*

---

## CAPUT XL.

### *De Remediis maſticatoriis & ſalivantibus.*

§. 1.

M*Aſticatoria* propriè ea ſunt, quæ Ori ingeſta maſticantur, & cum ſputo iterum ejiciuntur. Eadem Remedia, ſi ſuâ acrimoniâ fibrillas tubulorum ſalivalium fortius pungant ac ſtimulent, *Salivantia* appellari ſolent, in quantum ſcilicet *Ptyaliſmum* vel *Salivæ copioſiorem excretionem* excitant. Apud alios quoque audiunt *Apophlegmatiſantia*, eo quod phlegma exſcreandum ubertim in os proliciant. *Maſticatoria.* *Salivantia* *Apophlegmatiſantia*

§. 2. Indicantia talium Medicaminum ſunt Salivæ præprimis defectus, vel illius etiam viſciditas. Nonnunquam ſtudiò majorem Salivæ proventum, ad deplendam Maſſam ſanguineam, aut particulas ſaltem ejus heterogeneas & acres educendas prolicimus. Quid Saliva ſit? Quomodoque è Maſſâ ſanguineâ per glandulas Oris & Palati ſecernatur? Apud modernos Antomicos videre eſt, ſufficit enim hic nobis indigitâſſe, quòd ea demum Remedia *ſalivantia* *Indicantia ſalivantium.*

*vantia* ſint, quæ vel glandulas Oris & Palati, earumque fibras leniter pungendo ac vellicando in motum cient, ſicque ampliatis earum poris uberiori ſalivalis lymphæ effluxui anſam præbent; vel quæ ipſam viſciditatem lymphæ ſuâ particularum tenuitate incidunt, attenuant, ſicque fluiditatem debitam eidem conciliant; vel quæ tandem ſerum ſanguineum ſpecificè ſolvunt, atque ita fundunt, ut propter acquiſitam certam configurationem copioſiſſimè per poros Glandularum ſalivalium transcoletur & effluat.

*Materia Salivantium.* §. 3. *Materiam* Salivantium ſi conſideramus, varia illa eſt, varioque hinc modo ſalivæ proventum excitans: ita *Globuli è Cryſtallo* confecti & Linguâ frequenter in Ore volutati, ſalivales Glandulas ad excretionem blandè ſtimulando, ſalivamque educendo Sitim ſedant. Faciunt idem *Semina Coriandri rotunda*, ut & *Maſtiches grana*, *Thus*, aliæque *Reſinarum* ſpecies. Juxta hæc tamen alia adhuc dantur, quæ non ſimpliciter tantùm volutantur in ore, ſed etiam maſticantur, ita ut ſub hac actione particulas ſuas ſive ſalſas ſive ſalino-ſulphureas & aromaticas, ad vellicandas Glandulas ſalivales emittant: quemadmodum ſunt *Radices Calami arom. Cyperi, Pyrethri, Angelicæ, Imperatoriæ Carlinæ, Petaſitidis, Zedoariæ, Coſtiveri, Iridis florentinæ, Cortices Citri, Ligni Aloës, Winterani, Cinamomum, Caryophylli arom. Myrrha, Zingiber, Cubebæ, Cardamomum, Piper omne, Folia recentia Cochleariæ, Rorismarini, Thymi, Meliſſæ, Salviæ, Saturejæ, Piperitidis*, inprimis autem *Nicotianæ, Aniſi, Sinapi, Staphidis agriæ, Succus* vel *Terra Catechu* ſive *Japonica* &c. ex quibus variæ *Rotulæ* aut *Trochiſci* ſublinguales differentes in uſus concinnari poſſunt, v. gr.

℞. *Spec.*

℞. *Spec. diarrhod. Abbat.* ʒiß.
*dianuciſt.* ʒj.
*Confect. Alkerm. incompl.* ℈ij.
*Moſch. oriental. gr.* iij.
*Ambr. gryſ. Spirit. Roſar. ſol. gr.* ij.
*Sacchar. opt.* ℔ß.

*Cum ſufficiente quantitate Mucilaginis Gummi Tragacanthi, Aqu. Cinam. & Roſar. extractæ, F. l. a. Trochiſci fragrantes ſublinguales*, qui ſubinde maſticantur & lambuntur, partim ad Spiritus reficiendos, partim ad gratum odorem conciliandum.

Vel ℞. *Rad. Ireos florent.* ℈iiij.
*Angelic.* ʒj.
*Contrajerv. Zedoar. ana* ʒß.
*Lign. Aloës* ʒj.
*Santal. citr.*
*Antimon. diaphaor. ana* ℈ij.
*Sacch. opt.* ℥iiij.

*Cum Mucilag. Gumm. Tragac. Aq. Roſ. fact. F. l. a. Trochiſci præſervativi in Morbis contagioſis.*

Vel ℞. *Rad. Irid. florent*, ʒij.
*Angelic.* ʒj.
Zedoar. ℈ij.
*Cortic. Citr. rec.* ʒj.
*Antimonii diaphor.*
*Terræ ſigillat. vel*
*Bol. Armen. ppt.*
*Caryophyll. arom. ana* ʒiß.
*Cinam. elect.* ʒj.
*Moſch. Spiritu Roſ. ſol. gr.* vj.
*Confect. Alkerm. compl.* ʒiß.
*Sacch. optim.* ℔ß.

*Cum Mucilag. Gumm. Tragacanth, F. l. a. Trochiſci ſubinde lambendi.*

Vel ℞. *Confect, Alkerm. compl.* ʒj.

*Spec*

*Spec. diamargar. frig.*
*Radic. Angelic.*
*Zedoar.*
*Cinam. opt.*
*Santal. citrin.*
*Bezoard. miner. ana* ℈ij.
*Ebor. ppt.* ʒij.
*Maſtich. elect.* ʒß.
*Moſch. Spirit. Roſ. ſolut. gr.* iiij.
*Sacch. alb.* ℔ß.

*Cum Mucilag. Gumm. Tragac. Aq. Roſar. & ſucc. Limon. fact. F. l. a. Trochiſci ſublinguales.*

Vel ℞. *Confect. Alkerm. compl.* ℥j.
*Pulv. Pannon. rubr.*
*Antimon. diaphor.*
*Spec. liberant. Gal. ana* ʒij.
*Sacch. alb. Aq. Roſ. & Cinam. ſol.* ℥xvj.

*M. F. l. a. Rotulæ.*

Vel ℞. *Radic. Zedoar.*
*Irid. flor. ana* ʒiß.
*Angelic.* ʒj.
*C. C. ph. ppt.*
*Terræ ſigillat.*
*Ebor. ppt.*
*Antimonii diaphor. ana* ℈ij.
*Ol. deſt. Caryoph. gtt.* iiij.
*Cinam. gtt.* iij.
*Sacch. alb.* ℔j.

*Cum Mucil. ſem. Cydon. F. l. a. Trochiſci.*

§. 4. Omnium vero potentiſſimum Salivatorium, præter *Fumum Tabaci*, aut maſticata etiam *Folia Nicotianæ*, eſt *Mercurius* ſive *Argentum vivum*, de cujus elementis, operationibus, operandi modo, & ratione adhibendi, *Clariſſ.* Wedelius prolixè ſatis & accuratè in *Amœnitatibus Mat. Medicæ*

*dicæ* egit, ut hic ſtudiò iiſdem repetendis ſuperſedeamus, & unicè adhuc Capiti huic adjiciamus *Confectionis Succi Japonici* ſive *Catechu* deſcriptionem, quamplurimis hodie ſive ad ſalivam excitandam, ſive ad gratum odorem & guſtum conciliandum uſitatam.

℞. *Sacch. albiſſ.* ℥ij.
*Succ. vel Terræ Catech.* ℥j.
*Moſch. oriental. ver.*
*Ambr. gryſ. Spirit. Roſ. ſol. ana gr.* iij.
*Mucilag. Gum̃. Tragac. Aqu.*
*Cinam. & Roſar. extract. q. ſ.*
*M. f. Confectio in Conulis inſtar muſcerdæ.*
*Dentur ad ſcat.* Subindeque lambantur.
*Sr.* Japoniſcher Mauß-Dreck.

## CAPUT XLI.

### *De Aphrodiſiacis Remediis.*

§. 1.

APhrodiſiaca Remedia apud Medicos audiunt ea, quæcunque Semen vel augent, vel acrius reddendo ad Venerem ſtimulant. Adeò ut Medicamina hæcce non conveniant, niſi illis, qui vel naturâ frigidiores exiſtunt, vel etiam à Morbo quodam impotentes fuerunt redditi, ita quidem, ut hinc vel omnem ad coëundum potentiam, vel ſaltem ejus majorem partem amiſerint. Hic verò Affectus apud Viros quidem appellatur *Impotentia*, apud Feminas autem *Frigiditas* aut *Torpor* nuncupari poteſt. *Aphrodiſiaca remedia quid ſint?*

§. 2. Cùm autem *Impotentia* in Viris modò curabilis exiſtat, modò immedicabilis, prout apud *Eunuchos* ſive *Caſtratos*, vel eos etiam, quibus Genitalia

nitalia ab ipſâ naturâ flaccida manſerunt: patet hinc, Remedia iis tantùm eſſe applicanda, in quibus aliqua recuperandæ potentiæ ſpes ſupereſt. Feminis verò frigidioribus Medicamenta hæc omni tempore præſcribi poſſunt, ad venerem nimirum ſtimulantia.

*Quæ ab hac Claſſe excludantur.*

§. 3. Itaque ſub nomine *Aphrodiſiacorum* comprehendi non debent ea, quæ partibus genitalibus malè conformatis debitam configurationem reſtituere valent. Sed ea ſolùm in hanc admittimus Claſſem, quæ ſemen in Teſticulis aut Glandulis proſtatis vel etiam Veſiculis ſeminalibus augendo, aut ejuſdem jam præſentis inertiam corrigendo, activitatemque ſpumantem & ebullientem reſuſcitando æſtum venereum producunt. Quod quidem præſtant omnia ea, quæ ſpumoſum & copioſum laudabilem Chylum ſanguini conciliant, ſicque remotam in humoribus circulantibus materiam ſeminis adaugent, quemadmodum exiſtunt ex eſculentorum cenſu *Amygdalæ dulces*, *Nuces pineæ*, *Caſtaneæ*, *Piſtacia*, *Dactyli*, *Ficus*, *Paſſulæ*, *Panis martius*, aut *mellitus*, *Carnes* item *teneriores*, *Cerebrum paſſerinum*, *Teſtes Gallorum*, *Ova ſorbilia*, *Radices Plantarum bulboſæ*, inprimis *Orchidum* & *Satyriorum*: Quibus omnibus hodie præferri ſolet *Succolata Indorum* cum *Aromatibus benè ppta*, & hinc cum *Lacte Ovoq; ſorbili* frequenter hauſta. Quibus delicatis Cibis ſi ſuperaddas generoſum *Vini* ſive *Malvatici*, ſive *Hiſpanici*, ſive *Cretici*, ſive tandem *Frontiniaci* hauſtum, vel etiam *Rorem Solis Sabaudicum*, ſimilemve alium Liquorem, tanto magis proficies.

*Semen augentia.*

*Semen acuentia.*

§. 4. Subinde tamen hæcce ſemen augentia minimè ſufficiunt, quin adhuc jungere oportet acriora, & ſale aromatico ſive volatili oleoſo pollentia;

lentia; ſemen nimirum ad turgeſcentiam veneream incitantia; quorum Claſſi annumeramus *Radices Apii Macedonici* ſive *Selini*, *Eryngii*, *Pimpinellæ*, *Siſari*, *Scorzoneræ*, *Carlinæ*, *Raphani ruſticani*, *Napi*, *Rapunculi*, item *Scolymos*, *Cochleas*, *Oſtreas*, *Aromata* & *aromatica* omnia, *Semen Sinapi*, *Erucæ*, *Moſchum*, *Ambram*, *Zibethum*, *Cochleariam*, *Naſturtium*, *Eſſentiam Satyrionis*, *Elixir vitæ Matthioli*, *Confectionem* aut *Elixir Radic. Satyrionis*, hujusque *Condituram*. Quibus aliquando addere licet, ſed cum magnâ cautione, *Cantharides*. Princeps quidam pro ſecreto habuit *Oleum deſtillatum Seminis Fraxini ad gutt.* v. *vel* vj. ſubinde pro doſi cum *Vino Hiſpanico* hauſtum. Aliis etiam in uſu ſunt magis compoſita & ppta, v. gr. *Electuarium Diaſatyrionis Confectio Alkermes completa*, *Rotulæ ſtimulantes*, *Mynſichti*, *Oleum Formicarum*. Tandem nec otium, cum uſu *Thermarum ſulphurearum* in hanc rem contemnendum venit.

§. 5. Quæ autem Veneri per maleficia aut veneficia ablatæ conveniunt *Aphrodiſiaca*, à *Clariſſ.* Wedelio recenſentur aliqua, in quibus eminent *Eſſentia Satyrionis*, item *Hyperici balſamica*, largiore doſi v. gr. ad ʒj. hauſta. Quibus addimus *Succum Herbæ Luteolæ* ſubinde ad ℥j. aut ij. aſſumtum. Huic tamen ſubſtituere licet, ſi haberi poſſit, *Succum foliorum craſſorum Ficus Indicæ*, cum *Eſſentiâ Satyrionis*, aut *Pulvere ſtimulante Mynſichti*, vel etiam tantillo *Cantharidum* aliquoties hauſtum. *Remedia adverſus incantationes.*

§. 6. Quod ſi autem Formulæ quædam *Aphrodiſiacorum* deſiderentur, ſequentes vel ſimiles inſervire poterunt.

℞. *Conſerv. flor. Anth.* ℥iß.
*Confect. Alkerm. compl.* ℥ß.
*Condit. Zingiber.* ʒij.

*Nuc. Indic.* ʒj.
*Semin. Urtic.* ℈iiij.
*Ambr. gryſ. Spirit. Roſar. ſol.* ℈ß.
*Syr. de Cinam. q. ſ.*
*M. f. Electuarium d. ad Oll.* Doſis ſubinde Nuciſtæ magnitudo.

Vel ℞. *Succolat. Indor.* ℥iß.
*Confect. Alkerm. compl.* ʒj.
*Conditur. Rad. Eryng.*
*Satyrion. ana* ʒij.
*Ol. deſtill. Caryophyll. gtt.* vj.
*Syr. de Cinam. q. ſ.*
*M. f. Electuar.* Cujus ſubinde Nuciſtæ magnitudo capiatur.

Vel ℞. *Conditur. Rad. Satyr.* ℥ß.
*Eryng.*
*Piſtac. excorticat. ana* ʒij.
*Zingiber. condit.*
*Nuc. Indic. condit. ana* ʒj.
*Sem. Naſturt.*
*Eruc. ana* ℈ij.
*Confect. Alkerm. compl.* ℥ß.
*Piper. alb.*
*Caryophyll. arom. ana* ʒj.
*Cum Syr. de Cinam. f. Mixt. mollis.* de quâ ſubinde Nuciſtæ quantitas capiatur.

Vel ℞. *Succolat. Indor.* ℥j.
*Radic. Satyr. condit.*
*Pinear. recent.*
*Piſtac. excortic.*
*Confect. Alk. compl. ana* ʒij.
*Sacch. alb. Aq. Cinam. ſol.* ℥iiij.
*M. f. Confectio in Morſulis Oleo deſtill. Caryophyllorum* irrorandis. D. ad Scat.

Vel ℞. *Eſſent. Satyr.* ʒiß.

*Ambr.*

*Ambr. grys. Spirit. Roſ. fact.* ʒj.

*M. ad Vitr. doſis noctu vel etiam interdiu gtt.* xx. *ad* xxx. cum *Rore Solis* aut *Vino Malvatico.*

Vel ℞. *Eſſent. Hyperic.*
*Ambr. gryſ. ana* ʒj.

*M. ad Vitr.* Doſis ut antea.

Vel ℞. *Aq. Magnanimit.*
*Borragin. ana* ℥j.
*Cinam. bugloſſat.* ʒvj.
*Julep. roſac.* ℥ß.
*Eſſent. Ambr. gryſ.*
*Satyr. ana* ʒß.

*M. ad Vitr.* Doſis ſubinde noctu cochleare unum vel duo.

Vel ℞. *Spec. diambr.* ʒiß.
*diamoſch. dulc.*
*aromat. roſat. ana* ʒj.
*Semin. Eruc.* ℈iiß. *Naſturt.* ʒß.
*Succolat. Indor.* ℥j.
*Sacch. albiſſ.* ℥iij.

*M. F. Trag. d. adſcat.* Doſis noctu ſemper per cochleare plenum.

Vel ℞. *Radic. Satyr. condit.* ℥ij.

*D. ad Oll.* Subinde hinc aliquid deglutiatur.

Vel ℞. *Succolat. Indor.* ℥j.
*Piſtaciar.*
*Pinear. ana* ℥ß.
*Condit. Rad. Satyr.* ʒiij.
*Carlin. Zingib. ana* ʒij.
*Spec. diamoſch. dulc.* ʒiß.
*Imperator.* ʒj.
*Sacch. opt. Aq. Cinam. ſol.* ℔ß.

*M. F. Confectio in Morſulis.* De quibus frequenter Tabella dimidia vel integra comedatur.

# CAPUT XLII.

## *De Antaphrodiſiacis Remediis.*

§. 1.

*Antivenerea quæ dicenda?*

ANtivenerea Remedia ſive *Antaphrodiſiaca* dici ſolent ea, quæ immoderatam libidinem compeſcunt. Cùm autem effectus hic præſtari nequeat, niſi vel ſeminis copia diminuatur, vel ejuſdem turgeſcentia temperetur, vel tandem acrimonia ipſius obtundatur, conſequens eſt, ea omnia in Antivenereorum Claſſem redigenda eſſe, quæcunque modò dictos effectus producunt, & *partim* materiam generando ſemini aptam aut non exhibent, aut etiam non afferunt; *partim* quæ ſuarum particularum inertiâ poros atque tubulos ad ſeminis ſecretionem deſtinatos conſtringunt. Hoc verò loco præter *tenuem* & *exquiſitum Victum* præſtant *Motus* corporis vehementes, *Cibi* non ita *nutritivi*, quemadmodum ſunt *Oleracea, Leguminoſa,* & id genus *refrigerantia*, non ſecus atque *Medicamina potenter Deſiccantia*; Quæ inter eminent *Lactuca, Portulaca, Plantago, Hepatica nobilis, Fragaria, Agrimonia, Ruta, Lign. Saſſafras, Rad. Sarſæparillæ, Aquæ deſtill. Solani, Portulacæ, Lactucæ, Plantaginis,* & reliquarum Plantarum modò recenſitarum. Quibus adde *Saccharum Saturni, Nitrum pptum, Semen Agni caſti, Tinctur. antiphthiſicam,* ut & *Corallorum, Balnea Aquarum frigidarum, Fotusq; Genitalium* cum *Decocto Plantarum* ſuprà dictarum. Quibus adhuc ſuperaddi poſſunt *Julepi,* & alii *Potus refrigerantes*, cum Spiritibus acidis nonnihil acuati.

§. 2. Ad eundem porrò effectum producendum contribuunt *Emulſiones Seminum frigidorum*, ut & *Seminis Cannabini, Lactucæ, Nymphææ. Rutæ, Papa-*

*veris*

*veris* cum *Aqua Nymphææ, Rutæ Portulac. Lactuc.* & *acetoſæ; Eſſentia* quoque *Caſtitatis Michaelis Remedia* item *Terebinthina, Camphora, Bolus armena, Terra ſigillata, Magiſterium Oſſis ſepiæ, Hepatica rubra, Semina Citri, Lactucæ, Portulacæ, Plantaginis, Acetoſæ, Succinum* ejusque *Oleum* & *Eſſentia, Pulpa Tamarindorum,* & id genus, non ſunt contemnenda, quibus nimirum Ichor ſeminalis turgeſcens temperatur, compeſcitur, ſaliaque ad Venerem ſtimulantia figuntur & obtunduntur. Hæc ferè ſingula ſimul proſunt contra *Pollutiones nocturnas*, licet in hoc Affectu cautius ſint uſurpanda, ne ex corpore ſano reddamus ægrum. Formulæ autem ſequentes eſſe poterunt.

℞. *Succin. alb. ppt.*
*Semin Agni caſt.*
*Nitri antimoniat. ana* ℥j.
*M. f. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æq. ad chart. dividend. m. ac v. capiendas.*

Vel ℞. *Nitri ppt.*
*Ungul. Alc. ppt. ana* ℥j.
*Sacch. Saturn.* ℥ß.
*Camphor.* ℈ß.
*Ol. Menth. deſt. gtt.* iiij.
*Sacchar. penid.* ℥ij.
*M. f. Pulv. ſubt. divid. in* viij. *doſ. æq. ad chart. m. ac v. ſumend.*

Vel ℞. *Arcan. duplic. Mynſ.*
*Diaphoret. mart.*
*Ocul.* 69. *ppt. ana* ℈ij.
*Sacch. Saturn. gr.* xii.
*M. f. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æq. ad ch.*

Vel ℞. *Eſſent. Caſtit. Mich.* ʒij.
*Plantag.* ʒj.
*Tinctur. Corallor.* ℈ij.

*M. ad Vitr. Doſis gtt.* xx. *ad* xxx. *cum Aquâ Nymphææ noctu ſumendæ.*

Vel ℞. *Tinctur. antiphthiſic.* ʒiß.
*Mart. aperit.* ʒß.
*M. ad Vitr.* Doſis gtt. xv.

Vel ℞. *Eſſent. Rutæ.*
*Tinct. aperit. Mœb. ana* ʒiß.
*M. ad Vitr.* Doſ. xv. ad xx. gtt. cum *Aquâ Caſtitatis.*

Vel ℞. *Semin.* 4. *frig. maj. ana* ʒiß.
*Aq. Nymph. Rutæ.*
*Lactuc. ana* ℥ij.
*F. l. a. Emulſio, cui adde*
C. C. *uſt.* ʒj.
*Julep. roſac.* ℥j.
*D. ad Vitr. pro* ij. *doſibus.*

Vel ℞. *Semin. Melon. Cucumer. ana* ʒij.
*Lactuc. Citr. ana* ʒj.
*Aqu. Portulac.*
*Cichor.*
*Plantag. ana* ℥ij.
*F. l. a. Emulſ. cui adde*
*Syr. Capill. Veneris* ʒiß.
*Unicorn. foſſil.*
*Ebor. uſt. ana* ʒß.
*M. ad Vitr.* pro ij. *doſibus.*

Vel ℞. *Semin. Cucum. Pepon.*
*Acetoſ. Plantag. ana* ʒj.
*Cannab.* ʒij.
*Aq. Caſtit. Rutæ.*
*Endiv. Plantag. ana* ℥iß.
*F. l. a. Emulſ. Cui adde*
*Julep. roſac.* ℥ß.
*Antimonii diaphor.*
*Succin. alb. ppt. ana* ℈j.

*Bezoard.*

*Bezoard. miner.* ℈ß.
*M. ad Vitr. pro* ij. *doſibus.*
Vel ℞. *Conſerv. flor. Violar.* ℥j.
*Pulp. Tamarind.* ℥ß.
*Corall. rubr. ppt.*
*Bol. Armen. ppt.*
*Semin. Rutæ*
*Agn. caſt. ana* ℈j.
*Conditur. Cynosbat.* ʒiß.
*fol. Lactuc.* ℥j.
*Syr. flor. Tunic. q. ſ.*
*M. f. Elect. d. ad Oll.* Doſis Nuciſtæ magnitudo.
Vel ℞. *Rad. Nymph. Gramin.*
*Cichor. ana* ʒij.
*Herb. Rutæ.*
*Fol. Salic. Querc.*
*Myrtin. ana* Mj.
*Semin. Agn. caſt.*
*Aquileg. ana* ʒij.
*Myrrh. Thur.*
*Maſtich. ana* ʒj.
*Inciſ. & contuſ. coq. in Aq. font. & lintea Decocto nonnihil refrigeranti im̃erſa Pubi & Scroto applicentur.*
℞. *Empl. ſaturnin.* ℥ß.
*Malax. Ol. Lil. alb. inducatur linteo expanſo, & fiat Emplaſtrum Scroto applicandum.*

## CAPUT XLIII.

### *De Remediis Anthelminticis.*

§. I.

REmedia *Anthelmintica* apud Medicos ea audire conſueverunt, quæ Vermes & Lumbricos, in qua- *Remedia contra Vermes.*

qualibuſcunque corporis partibus notas, ſimul cum verminoſâ putredine è corpore expellunt.

*Quid putredo verminoſa.*

§. 2. Cùm autem verminoſa putredo nil aliud ſit, quàm Ovulorum verminoſorum, nunc plurium, nunc pauciorum, vivificatorum aut non viventium, integrorum aut deſtructorum, in his illisve corporis partibus collectio atque coacervatio; conſequens eſt, ea ſolùm Remedia in *Anthelminticorum* cenſum eſſe referenda, quæ partim Animalcula viva (*Lumbricorum latorum* vel *teretium*, ut & *Aſcaridum*, & *Vermiculorum* nomine venientia) enecant; partim Ovula nondum vivificata diſſolvunt, deſtruunt, in putrilaginem vertunt; partim denique omnem hanc putrilaginem, ſive per ſe purgando, ſive per accidens Naturam ſublevando, è corpore expellunt.

*Quæ propriè ſint anthelmintica?*

*Anthelmintica variis particulis conſtant.*

*Oleoſo-amara.*

§. 3. Præſtant hoc certè Medicamina, varii generis particulis conſtantia, & quidem ea primùm, in quibus Sal oleoſum, amarum, plus minus balſamicum eminet, prout ſunt *Radices Gentianæ, Card.bened. Cichor. Mechoacannæ, Jalapp. Mori Arboris cum Corticibus, Rhabarbari, Filicis, Vincetoxici, Dictamni, Ariſtolochiæ rotundæ veræ; Herbæ Abſynthii, Abrotani, Artemiſiæ, Gratiolæ, Scordii, Tanaceti, Matricariæ, Centaurii minoris, Marrubii albi, Sabinæ, Corallina præparata, Flores Calendulæ, Chamomill. Calthæ paluſtris, Perſicorum, Acaciarum, Aloë, Myrrhæ, Semina Plantaginis, Anethi, Santonicæ, Eſſentia Myrrha, Abſynthii, Centaurii minoris, Matricariæ, Card.bened. Tanacet. Scordii, Cortices Aurantiorum, Elixir proprietatis, cum & ſin. ac. Pilulæ aloëticæ, Oleum Tanaceti, Abſynthii, Colocynthidos, Lauri, Spicæ, Fel bubulum.*

*Acida.*

§. 4. *Secundò* præſtant id ea, quæ ſale pollent acido, plus minus acri, v. gr. *Acetum bezoardicum, rutaceum, Succi Citri, Limonum, Aurantiorum,*

*Ribium*

*Ribium, Berberum, Granatorum acidorum, Clyſſus Antimonii, Spiritus acidi minerales, Mixtura ſimplex, Spiritus aperit. Penot.*

§. 5. *Tertiò* ea, quæ ſale acri nitroſo plus minus volatili gaudent, qualia habentur *Alliaria, Scordium, Raphanus ruſt. Cepæ, Allia, Naſturtia omnia, Spiritus volatiles omnes*, v. gr. *Cochleariæ, Naſturtiorum.* *Sale acri nitroſo pollentia.*

§. 6. *Quartò* præſtant idem, quorum particulæ ſulphureo-oleoſæ prædominantur, v. gr. *Oleum Amygdalarum dulcium*, aut *amararum, Olivarum, Loti hortenſis odorati, deſtillatum Succini, Flores ſulph. Pulvis pyrius, Balſamus ſulphur. Olea deſtill. Baccarum Juniperi, Succin. Camphora cum ſuo Oleo.* Quibus adde *Eſſentias ſpirituoſo-ſulphureas, plus minus amaras, Elixiria amara propr. ſine acid. Theriacam Andromachi, vel Mithrid. Damocr. Diaſcord. Frac.* *Sulphurea oleoſa.*

§. 7. Tandem in hunc cenſum referimus *Pulveres alcalinos terreos*, ut & *metallico-mercuriales* & *martiales*, prout ſunt *Diaphoreticum martiale, Crocus Martis aperitivus, Vitriolum mart. Corallia ppta, Ebur uſtum, Cornu Cervi uſtum, Antimonium diaphoreticum, Mercurius* partim *vivus*, partim *ſublimatus dulcis, Cinnabaris nativa & Antimonii rectific. Pulvis vitri veneti cum Melle mixtus, & Umbilico applicatus.* *Pulveres minerales.*

§. 8. Formulæ Anthelminticorum ſequentes eſſe poterunt, promiſcuè ex his & aut illis concinnatæ: v. gr.

℞. *Conſerv. fl. Cent. min.*
*Anth. ana* ℥ß.
*Elect. diaſcord. Fracaſt.* ʒij.
*Corallin. ppt.* ʒj.
*Diaphor. Martial.* ʒß.
*Syr. flor. Tunic. q. ſ.*

F. *Mixt. ad formam Opiatæ*, de quâ m. ac v.

Lunâ deſcendente nuciſtæ magnitudo capiatur.

Vel ℞. *Conſerv. fol. Cochlear.*
*flor. Roſar. rubr. ana* ℥ß.
*Theriac. Androm.* ʒj.
*Condit. Radic. Calam. aromat.*
*Cichor. ana* ʒß.
*Eſſent. Myrrh.* ℈ij.
*Antimonii diaphoret.*
*C. C. uſt.*
*Croc. Martis aperit. ana* ʒß.
*Syr. de Plantag. q. ſ.*
*M. F. Elect. d. ad Oll. Uſus ut ſuprà.*

Vel ℞. *Conſerv. Borrag. Fumar.*
*Betonic. ana* ℥ß.
*Roob. Juniper.* ʒiß.
*Corallin. ppt.* ʒj.
*Radic. Gentian.*
*Contrajerv.*
*Semin. Aquileg. ana* ʒß.
*Syr. flor Perſic. q. ſ.*
*F. Mixt. ad formam Opiatæ d. ad Oll.* Uſus ut ſuprà.

Vel ℞. *Corallin. ppt.*
*Croc. Martis aperit.*
*C. C. uſt. ana* ʒj.
*Salis Abſynth.* ʒß.
*Sacch. cand. alb.* ʒij.
*M. F. Pulv. ſubt. d. ad Scat. Doſis m. ac v.* ℈j. *ad* ʒß. *cum Aquâ Card. ben.*

Vel ℞. *Ocul.* 69. *ppt.*
*Antimonii diaphoret.*
*Corallin. ppt.*
*Diaphoret Mart. ana* ʒß.
*M. f. Pulv. in* iiij. *doſ. æq. ad chart. de quibus m. ac v. una capiatur.*

Vel

Vel ℞. *Semin. Cynæ ſive*
*Santonicæ* ʒij.
*Corallin. ppt.* ʒj.
*M. F. Pulv. ſubt. in* iij. *doſ. æqu. ad chart.* quarum una quotidie mane capiatur.

Vel ℞. *Semin. Aquileg. Cynæ.*
*Plantag. ana* ℈ij.
*Radic. Contrajerv. Angelic.*
*Diaphoret. martial ana* ℈j.
*Flor. Sulph.* ʒß.
*Sacch. alb.* ʒj.
*M. f. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æq. dividend. ad chart.*

Vel ℞. *Rhabarb. elect.*
*C. C. uſt. ana* ℈ij.
*Corallin. ppt.*
*Mercur. dulc. opt. ana* ℈j.
*M. f. Pulv. ſubt. in* vj. *doſ. æq. m. acv. capiendas.*

Vel ℞. *Elix. propriet. Paracelſ.*
*Eſſent. Cent. min. ana* ʒiß.
*M. ad Vitr.* Doſis xv. gtt. cum vehiculo convenienti.

Vel ℞. *Eſſent.* M*yrrh.*
*Abſynth. ana* ʒij.
*Tinct. Antimonii* ʒj.
*Eſſent. Zedoar.* ℈j.
*M. ad Vitr. Doſis* xv. *gtt.*

Vel ℞. *Aq. Abſynth.*
*Cent. min.*
*Matricar.*
*Syrup. Card. bened. ana* ℥j.
*Tinct. Mart. aper.* ℈ij.
*M. ad Vitr.* Subinde aliquot cochlearia plena propinentur.

Vel ℞. *Fol. Card. ben.* Mj.
*Tanacet.*

*Scord.*
*Summ. Abſynth.*
*Cent. min.*
*Flor. Perſicor.*
*Chamom. ana* Mß.
*Semin. Cyn.* ℥ß.

*Inciſa miſc. d. ad ſcat.* Quotidie mane per aliquot dies pugillus Aquæ ferventi immittatur, hinc Infuſum calidè ſorbillandum detur *Sacchare* probè edulcoratum.

Vel ℞. *Aq. Chamom. Tanac.*
*Scord. ana* ℥j.
*Menth.* ℥ß.
*Tinct. Caſtor. Croc. ana* ℈j.
*Syr. de Abſynth.* ℥ß.
*Sacch. roſat. tabul.* ʒij.

*M. ad Vitr.* ac ſubinde cochleare plenum detur.

Vel ℞. *Theriac. Androm.*
*Elect. diaſcord. Frac. ana* ℈ij.
*Extract. Aloës.* ℈j.
*Ol. Colocynthid.*
*Fell. Taur. ana* ℈ß.

*M. ac cum linteo Umbilici regioni applicetur.*

Vel ℞. *Vitri Venet. ſubtil. pulveris.* ʒij.
*Roob. Juniper.* ʒiß.
*Caſtor. ppt.* ℈j.
*Camphor.* ℈ß.
*Fell. Tauri parum.*

*M. pro externo uſu,* videlicet putamen Nucis Juglandis replendo, & Umbilici regioni applicando.

Vel ℞. *Ol. Rutæ Tanaceti,*
*Fell. Taur. ana* ℥ß.
*Ol. Colocynth.* ʒij.
*deſtill. heraclin.*

*Abſynth.*

*Abſynth. ana* ℈ß.
*Camphor. gtt.* vj.
*M. ad Vitr.* pro inungendâ bis indies Umbilici regione.
Vel ℞. *Theriac. Androm.* ʒj.
*Radic. Allii contuſ. num.* j.
*Eſſent. Myrrh.* ℈ß.
*Ol. deſtill. Succin. gtt.* xii.
*M. & cum Bombace applicetur Umbilico.*

## CAPUT XLIV.

### *De Remediis ſpecificis diverſorum aliorum Morborum.*

*Specifica* Remedia illa præciſè dicuntur, quæ his aut illis Morbis in ſpecie medendi facultatem à naturâ fuerunt conſecuta. Inter hæc autem occurrunt *Remedia ſpecifica.*

I. *Antifebrilia, ſ. Antipyretica, Febrifuga,* quæ febriles æſtus temperare vel planè extinguere valent, inteſtinum videlicet nimis auctum ſ. rapidiorem humorum motum, in præternaturali fermentatione conſiſtentem, ſedando, pacando. Talia verò Remedia peti poſſunt & ſolent è diverſis Tabulis ſ. Claſſibus nimirum *Attenuantium, Reſolventium, Sudoriferorum, Diaphoreticorum, Alexipharmacorum,*&c. variis utcunque ſaporibus gaudentium, ſuntque præcipuè v. gr. *Antimonialia diaphoretica ſingula, C. C. phil. ppt. Ebur ppt. Unicornu foſſ. Lapid. bezoard. orientalis vel occidentalis verus, Pulvis viperinus, Cinnabaris nativa, Putamina Ovorum calcinata, Unicornu marin. ppt. Radices Urticæ, Cichorii, Taraxacon. Scorzoneræ, Carlinæ, Gentianæ, Succiſæ, Ariſtol. rot. Acetoſæ, Gramin. Herbæ Abſynth. Tanacet. Fumar. Scabioſ. Agrimon. Antiſcorbuticæ omnes, Card. bened. Urtic. ur. Plantag. Taraxac. Acetoſæ, Acetoſellæ, Nitrum ppt. Nitrum antimoniat. Cremor. Tartar. Tartarus vitriolatus, Salia Eſſentialia Acetoſæ, Acetoſellæ, Citri, Rubi id. Salia lixivioſa omnia;* v. gr. *Abſynth. Centaur. min. Cortex Peruv. optim. ſ. Kinkinna, Cortex Ligni Fraxin. Lignum colubrinum, Aquæ deſtillatæ Plantarum ſuprà dictarum, Syrupi de Abſ. Rub. id. de* 5. *Radic. de Fumar.* plurimaque alia, è quibus diverſæ formulæ, differentibus capitibus expoſitæ fieri poſſunt. *Antifebrilia.*

II. *Antipleuritica,* quæ ſanguinem viſcido-pituitoſum reſolvendo, ejusque impeditam in Vaſis pleuræ & pulmonis circulationem reſtituendo, pungitivum atque inflammatorium Lateris dolorem ſedant vel diſſipant. Petuntur hæc è Tabulâ attenuantium, incidentium, reſolventium, diaphoreticorum tam fixorum, quàm volatilium; ſpecifica tamen magis notantur *Sanguis Hirci ppt.* *Antipleuritica.*

*dibula Lucii piſcis, Dens Apri, vel Hippopotami ppt. Pulvis viperinus, Succus Plantarum naſturcinarum expreſſus ac filtratus, vel Juſcula talibus Herbis alterata, imò Aquæ earundem deſtillatæ, Infuſum Hippenterorum*, vel *Fimi caprilli, Sperma Ceti recens, Butyrum herbaceum viride*, tam externo, quàm interno uſu, *Antimonium diaph. Bezoardicum miner. Lapis Percarum ppt. Oculi 69. ppt. Semen Naſturtii, Cochlear. Urtic. Salia volatilia Corn. Cerv.* aut *Eboris*, & *Viperar. rectificata.* Extus *Cataplaſmata* è *Fimo columbino, Melle, Herbis Marrub. alb. Artemiſ. Meliſſ. Scabioſ. Veronic. Abſynt. Floribus Chamomill. Melilot. Croci, Salv. Sambuc. Semine Lini, Cannabis, Violarum, Nido Hirund.* parat.

*Antiſcorbutica.* III. *Antiſcorbutica*, quæ ſalſam valdè ſanguineæ Maſſæ cacochymiam corrigere, eluere, atque edulcorare valent, ſuperflua ſalia per Emunctoriorum variorum poros evacuantia, expellentia, ſicque Maſſam humoralem purificantia. In hanc proin Claſſem referimus Remedia pleraque hepatica, ſplenetica, abſorbentia; *Aquas minerales* v. gr. *Fabarienſes Rhætiæ, Plumbarias Lotharingiæ*, aliasve *calentes, Acidulas* quin & qualeſcunque, plurium menſium ſpatio, quotidie ad dimidiam menſuram hauſtas. *Radices Polypodii, Chinæ, Carlinæ, Scorzoneræ, Caryophyllat. Aronis, Ireos Florentin. Pimpinell. Sarſæparill. Gramin. Herbas Cochleariæ, Cardui bened. Urtic. urent. Beccab. Cardamines, Naſturtii*, cujuſcunque, *Plantaginis aquat. Trifolii fibrin. Fumar. Hederæ terr. Sii aquatic. Ligna Saſſafras, Guajaci, Juniper. Aquæ dictarum Plantarum deſtillatæ, Deſtillatum equin. Spiritus* aut *Eſſentia Trifolii fibrin. Naſturtii, Plantag. Cochleariæ, Strobilorum Pini, Lignorum, Succini, Panacæa ſolut. alcal. Regulus Antimonii medicinal. Magiſterium Antimon. diaphoretici, Ocul. Cancr. ppt. Crocus mart. aperit. Diaphoret. martiale* aut *joviale*, pluraque alia, è quibus diverſæ formulæ concinnari poſſunt, diutiſſimo uſu commendatæ.

*Antihectica, Antatropha.* IV. *Antihectica, Antatropha*, quæ virtute pollent obſtructiones glandularum diverſas plus minus ſcirrhoſas, reſerandi, ſerum ſanguinis viſcidum, lentum incidendi, ac ad fluidiorem ſtatum reducendi, præprimis etiam acidum auſterum edulcorandi, invertendi, præcipitandi. Atque hæc etiam peti debent ac poſſunt è Tabulis Hepaticorum, Splenicorum & Stomachicorum, ordinanda ſub formâ diverſâ. Juvant heic ſpecificè propemodum *Diaphoreticum joviale* & *martiale, Cinnabaris nativa* vel *Antim. correct. Specif. antihect. Poter. Bezoardic. miner. Ebur. phil. ppt. C. C. phil. ppt. Unicornu marin. ppt. Radices Aronis, Sigilli Salom. Calam. arom. Ireos florentin. Ventriculi gallin.* aut *columbin. ppt. Folia Herbarum capillar. Semina Aniſi, Fœnic. Pœon. Salia volatil. C. C. Viperar. Fuliginis, Tincturæ Antimonii, Corallor. Mart. aperit.* &c.

*Antipſora* V. *Antipſora*, quæ Scabiei medendæ conveniunt tam externè, quàm internè, externè ſub formâ *Unguentorum mercurialium*, aut *ſulphureorum*, poſt corpus aliquoties benè purgatum, uſurpandorum;

rum; *Balneorum* ſulphureo-aluminoſorum. Amuletorum mercurialium,&c. *Internè* ſub formâ Pulverum abſorbentium &c. quemadmodum ſunt omnes è Tabulâ diaphoreticorum ſumendorum.

VI. *Antiſpaſmodica*, ſpaſmis ſive convulſionibus arcendis, aut diſcutiendis dicata; velut ſunt *Radices Pœon. Valerianæ, Cyperi, Herbæ Alchymill. Sanicul. Pyrol. Hepatic. nobil. Semina Aquileg. Pœon. Cinnabaris nativ.* vel *Antimon. corr. Unic. marin. ppt. Ægagropil. Succin. alb. ppt. Liquor. C.C. ſuccinat. Eſſentia Croci, Caſtor. Succin. Beton. Pœon. Tinctura Caſtorei cum Spiritu Salis armon. par. Aqua flor. omn. Flor. Pœon. Til. Betonic. Borragin. Bugloſſ. Solani. Olea Chamomill. Rutæ, Succini, Meliloti, Pœon. Verbaſc.* ad inungendas Vertebras Dorſi. *Antiſpaſmodica.*

VII. *Antivenerea*, quæ ad ſanandam Luem veneream adhibentur; talia præ aliis ſunt *Decocta Radicum Chinæ, Sarſaparillæ, Ulmar. Polypod. Lignor. Guajac. Saſſafras, Antimonii crudi. Mercur. viv.* ad ſudores eliciendos. *Salivantia* deinceps remedia ad Ptyaliſmum excitandum, uti ſunt *Fumus Tabaci* cum *Cinnabar. Styracæ, Nuce moſch.* &c. mixti. Præcipuè autem heic proſunt *Mercurialia* ritè ppta, & circumſpectè in uſum vocanda. *Antivenerea.*

## CAPUT XLV.

### *De Remediis differentium Saporum.*

DEnique brevi indigitandum venit, Remedia Tabulis diverſis comprehenſa, variis Saporibus eſſe prædita, ac ob id è diverſi generis particulis conſtantia, ſic enim in Officinis ocurrunt v. gr.

I. *Acida*, quæ virtute pollent nervoſas fibrillas vaſculorum plus minus ſtimulandi, alcalia deſtruendi, viſcidos humores incidendi. refrigerandi, abſtergendi. Talia verò ſunt *Herbæ Trifolii acetoſi, Acetoſæ hortenſis & vulgaris, Lapathi acuti, & Sanguinei, Fructus Ceraſor acidor. Rubi id. Ribeſior. Berber. Citr. Limon. Moror. Cornor. Acac. Uvar. immatur. Granat. acid. Cydonior. Syrupi Conſerv. Condit. ex his confecta, Acetum ſimpl. ac deſtill. dein Rutaceum, Roſar. Sambuc. Prophylactic. Spiritus acidus Tartari, Ligni Guajaci, Formicar. Salia eſſentialia Fructuum dictor. Cremor & Cryſtalli Tartari, Spiritus Aluminis, Nitri, Sulphuris, Vitrioli, Salis aperitivus Peno, Clyſſus Antimonii.* &c. *Remedia acida.*

II. *Alcalia*, quæ acidis reſiſtunt, & abſorbendi, edulcorandi, ac obtundendi vi gaudent, hinc cacochymiæ humorum acido-auſteræ corrigendæ, immutandæ, deſtruendæ apta; talia ſunt omnia *terreo-alcalica*, v. gr. *Creta alba, Panacea ſol. alcal. Corallia alba & rubr. Cryſtall. mont. ppt. Lapides Oſteocoll. Spongiæ, Judaicus & Lyncis, Oculi 69. ppt. C.C. uſt. ppt. Spodium ex Ebore ppt. Lac Lunæ. Chalybs cum Sulphur. ppt. Salia lixivioſa omnia*, v. gr. *Abſynth. Ononid. Tartari, Cineres clavellat. Oleum Tart. per deliq. Salia volatilia C. C. Viperar. Ebor. Decoctum Calcis viv.* &c. *Alcalia.*

III. *Ama-*

*Amara.* III. *Amara*, quæ irregulari particularum ſuarum craſſarum figurâ Linguam ita feriunt, ut Sapor inde amarus excitetur; hinc virtute aperiendi, abſtergendi, & tonum fibrarum roborandi prædita notantur. Ejusmodi habentur *Radices Eryngii, Cichor. Tarax. Pœon. mar. Succiſ. Vincetoxic. Ariſtol. rot. Rubiæ Tinct. Gentian. maj. Dictamni alb. Rhabarbari veri & Monachor. Scillæ, Lignum colubrin. Cortex Peruv. opt. ſ. Kinkinna, Cortex Winteran. Ligni Fraxini, Herbæ Cichor. Taraxac. Chamædr. Trifol. fibrin. Virg. aur. Card. bened. & Mar. Centaur. min. Fumar. Scord. Alliariæ, Matricar. Tanacet. Flores Acaciar. Liguſtr. Perſicor. Virg. aur. Pœon. Sambuc. Semina Citri, Pœon. Cardui bened. Cynæ Myrrha, Aqua deſtill. Abſynth. Chamom. Centaur. min. Marrub. alb. Eſſentiæ Abſynth. Trifol. fibr. Myrrhæ, Virg. aur. Elixir. propr. ſin. acido, Syrupus de Abſ. Cortic. Aurant. Card. bened. Oxymel. ſquillit.* &c.

*Dulcia.* IV. *Dulcia*, quæ particularum ſuarum globuloſâ figurâ blandè Linguam feriunt, & abſtergendi quadam vi gaudent: talia ſunt v. gr. *Radices Liquiritiæ, Polypodii, Semina Aniſ. Fœnic. Coriandr. Paſſulæ maj. & minor. Ficus, Siliquæ dulces, Jujubæ, Sebeſten. Saccharum omnis generis, Mel, Succus inſpiſſat. Liquiritiæ, Syrupi de Alth. Fernel. Jujubis, Capill. Vener. Flor. Tunic. Looch. de Pulmone Vulp. Pulpa Paſſul. min. Manna Calabr. Pulpa Caſſ. rec. extr. Hydromel. Conditura, Conſervæ,* & *Elæoſacchara* quævis &c.

*Acria ſalina.* V. Tandem *Acria ſalſa* dicuntur, quæ Sale ſuo irregularis figuræ fibras noſtri corporis plus minus graviter feriunt. Habemus ſic *Salia volatilia* particularum volatilitate gaudentia, qualia ſunt v. gr. *Corn. Cerv. Eboris Viperar. Fuligin. Sanguini humani, Armoniaci, Succin. Salia volatilia oleoſa Sylv. Spiritus Salis armon. anis. fœnicul. citrat.* &c. *Plantæ antiſcorbuticæ omnes, Semina Napi, Cochlear. Apii Macedon. Naſturt. Petroſelin. Sinapi, Leviſtic. Raphan. Eruc. Thlaſp. Radices Aronis, Imperator. Angelic. Zingiber. Piper. Caryophyll. arom.* &c,

*Salia fixa*, quæ particularum majori craſſitie corpus noſtrum blandè magis afficiunt, quemadmodum exiſtunt *Salia omnia lixivioſa, Abſynth. Juniperi Card. bened. Tartari, Centaur. minor.* & alia ſuperius ſub Alcalinis recenſita.

# FINIS.